

retur cum eo adimplere, quamvis sibi graue nimis id esset, vt recte declarat Nauar. *lib. 6. 17. n. 69.* Si vero contrarium intelligat confessorius vel sit dubius, dilationem rationabilem eidem præstare potest, recepta cautione, quod prædicto tempore satisfaciet, & cum hoc enim absoluat, vt in effectu sentit ac exprimit Soto *ubi supra*, & ita intelligo hanc materiam.

- 14 Ex quibus facile colligitur, in quamperito versentur periculo, & nonnunquam manifesto iaceant peccato, qui restitutionem vsque ad mortis articulum differunt, cum possint & teneantur eam in vita facere: Certum namque est, quod cuiuscumque scit se aere alieno grauari, & non habet propositum restituendi vsque ad mortem, cum tamen antea possit, licet firmissimum illud habeat tunc restituendi, aut restitutionem in testamento præcipiendi, perdurat in peccato mortali, nec est absoluedus, quia habita opportunitate per nullam tempus licet retinere alienum invito domino: Quare si subita fuerit morte correptus, vt pluries accidere solet, in statu discedit damnationis: ita Soto *ubi supra pag. 370.* Frater Angles *ubi supra, in quæst. de restit. pag. 154.* & inquit Soto, idem esse censendum de illis, qui ambigentes, an id quod habent, alteri debeant, nolunt in sua vita id iudicio decernere, sed satis ducunt, si proponant in testamento id heredi suo demandare: quod expressim sequitur Cordub. *ubi supra, d. quæst. 68. versic. 7 de lo suo dicto.*
- 16 Idem est omnino iudicandum de illis, qui sub mortis articulo, cum ipsi possint per se restitutionem facere, id renouant, arbitantes, satis esse id heredibus iubere, quoniam illi reuera non habent sincerum animam restituendi; Nam qui tunc non restitunt, indicant, quod neque, si vixerint, restituent, vt contin-

git sepiissime, ac proinde videtur illis intentionem puram restituendi deficere, sed tantum esse conditionalem, scilicet, si moriantur: quæ profecto ad penitentiam non sufficit: Et hoc potissimum periculum in magnatibus imminet, quorum testamentum nunquam aut vix heredes complent, sed satis se fecisse arbitrantur, vt quam restitutionem auis patri, & pater sibi testamento præcepit, eandem ipse aliis recentibus onustam filio iubeat, quam ipse postea committat nepoti, sicque restituitur omittitur, quia si primus hæres & secundus eam non fecerunt, nec posteriores facere volunt aut possunt, aut tenentur, si bona libera à parentibus non habuerunt, & ita omnino prætermittitur, aut plenaria non fit, nec debito tempore, vt tenent Dominic. à Soto, & Frater Angles *ubi supra*, quod intelligit verum Archid. post. Ioan. de Neapol. & eos referens Syluest. *verb. restitutio, 5. num. 7.* nisi debitor credat vere & pro certo, quod detentio talis non sit contra voluntatem domini, vel etiam contra ipsam, inordinatam tamen, vt in secunda opinione principali in prædicta.

Secundo intelligendum est, nisi motiens omiserit restitutionem, in vita faciendam, sciens, eam suum heredem melius facturum, proponens, quod si aliud crederet, ipse statim restitueret, secundum Angelum *in verb. restitutio, 3. §. 2.* quem refert & sequitur Nau. *d. c. 17. n. 68. versic. 13.* & Cordub. *d. quæst. 68. versic. 2.* dicens, alios plures hoc tenere. Et cum his imposita est vltima huic operi manus, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, & inmemeratæ Virginis Mariæ matris eius, omniumque Sanctorum: in quo quicquid dictum est, censuræ sacrosanctæ matris Ecclesiæ, iudicioque melius sentientis submittimus.

Finis Libri primi.



D. IOANNIS

D. IOANNIS
GUTIERREZ, IURISCONSULTI
HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI
Doctoralis almæ Ecclesiæ Ciuitatis,

Canonicarum Quæstionum vtriusque Fori tam Exterioris,
quam Interioris Animæ,

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

- 1 Testamentum conditum ab aliquo ante ingressum religionis, validum est, nec postea per ingressum rumpitur nec vitiatum, siue ingredatur Monasterium bonorum immobilium incapax, siue capax.
- 2 Testamentum eius, qui postea ingreditur religionem bonorum immobilium capax, tunc demum per ingressum, aut professionem non corrumpitur, quoties illud conditum, cogitans de ingressu religionis: secus vero, si de illo non cogitauit, quia tunc testamentum rumpitur per ingressum religionis, secundum magis communem sententiam, vt in num. seq. præcipue, n. 10.
- 3 Testamentum factum cogitatione religionis bonorum immobilium capax, sicut non infirmatur per ingressum religionis, pariter per ipsum non confirmatur, donec testator naturaliter moriatur.
- 4 Testamentum agnatione posthumi rumpitur.
- 5 Monasterium loco filij posthumi habetur atque censetur.
- 6 Testamentum ab eo conditum, qui religionem ingressurus est, vt per eam non infirmetur, oportet relinquere Monasterio legitimam titulo institutionis, alias rumpitur per professionem: sed in contrarium est verior communis & tenenda sententia, vt in n. 12. & n. 13. quod si aliquid relinquatur Monasterio titulo institutionis, proculdubio non irritatur testamentum per professionem.
- 7 Testamentum ingressuri religionem ad sciendum, an postea rumpatur, necne? distinctio quadam Antonij de Butrio refertur agiturque de veritate ipsius.
- 8 Monasterium habetur loco filij in casibus à iure expressis, in aliis autem non habetur pro filio, & tunc exprimitur à iure, ubi ingressu Monasterium, nullum primum testamentum condidisset.
- 9 Testamentum etiam factum ab eo, qui cogitauerat religionis professionem, etiam portione legitima Monasterio titulo institutionis dimissa, per professionem rumpitur, quasi per capitis diminutionem, secundum opinionem Salyc. & aliorum: sed falsa est.
- 11 Text. in auct. nunc autem, cum similib. C. de Episc. & cler. communiter intelligitur per DD. quando testator cogitauit de ingressu religionis.
- 14 Testamentum conditum ab eo, qui religionem ingressurus est, cogitante de ingressu, an valeat & teneat, licet in eo non sit seruata solemnitas iuris communis.
- 15 Testamentum conditum absque ulla religionis bonorum capax cogitatione, sequuta professione reuocatur, siue se ipsum & bona expresse religioni dicauerit, siue tacite.
- 16 Testari liberè permittitur à iure ingressuri religionis, dummodo eo tempore cogitent de hoc.
- 17 Testamentum factum ab eo, qui religionis ingressum minime cogitauerat, professione sequuta rumpitur solum quoad legitimam portionem Monasterio competentem.
- 18 Testamentum ingressuri religionem incapax bonorum immobilium, licet de ea non cogitauerit, non rumpitur per huiusmodi religionis ingressum ac religionem, sed imò ab ipsa vires assumit non aliter, ac si ipse ingrediens naturaliter fuisset mortuus, & num. 52.
- 19 In dubio, quando non constat, utrum testator tempore testamenti, de religione cogitauerit, necne, ex intervallo temporis à testamento ad religionis ingressum, id iudex arbitrabitur, vt hic.
- 20 Monachus ante professionem posse validè testari, ac proinde eius testamentum per professionem non reuocari: quod intelligitur, etiam sine licentia Prælati, vt in num. 25. & in num. seq. an hodie hoc procedat stante Conc. Trid.
- 21 Monachus nouitius intra annum probationis tanquam laicus censendus est, nec dicitur Monasterium ingressus, qui nondum est professus.
- 22 Religiosis ubi fit mentio, intelligitur cum effectu.
- 23 Si maritus relinquat aliquid uxori, si ingressa fuerit Monasterium, intelligitur de ingressu cum persuerantia.
- 24 Veniens ingredi religionem, non satisfaci, si ingredietur & exeat.
- 26 C. 16. de reg. & Monial. S. Concil. Trid. Sess. 25. an seruandum sit in testamento, cum num. seq.
- 27 Verba vniuersalia, omnia includunt.
- 28 Indefinita aquis pollet vniuersali, cum eadem vati subest.
- 29 Examen nouitiarum faciendum.
- 30 Praxis obtinuit, vt tempore, quo hoc examen fit, licentia simul ad proficiendum & renuntiandum nouitio concedatur.
- 31 Coram iudice cessat omnis prescriptio fraudis ac metus.
- 32 Disponens si aliud velle, expressisset.
- 33 Ea, quæ specialiter indigent adnotatione, nisi noverint, videntur quasi neglecta.
- 34 Menochy intellectum ad d. c. 16. Sess. 25. Conc. Tridenti. reprehenditur.
- 35 Monachus iam professus an possit testamentum ante professionem à se conditum reuocare: & num. sequent.
- 36 Testamentum secundum Monachi professi, cum duobus vel tribus testibus, valebit contra primum cum septem testibus.

- 37 Monachus quoad effectum testandi, seu contrahendi, pro mortuo habetur.
- 38 Monachus an possit in fauorem vnus filij meliorationem facere vel maioratum constituere: remissive.
- 39 Monachus post professionem moritur mundo, & sic non habet velle aut nolle.
- 40 Monachus professus non potest reuocare testamentum, à se factum, etiamsi in fauorem Monasterij reuocatio fiat.
- 41 Dispositio auct. si qua mulier specialis est & ex gratia, ac proinde in propria specie & in suo tantum casu seruanda, nempe, &c. & n. 88.
- 42 L. ver. vxoris, C. de donat. inter vir. & vxor. & l. sed si mors, §. i. ff. eod. tit. intellectus.
- 43 Mors civilis tunc equiparatur naturali, quando mors civilis operatur eundem effectum, quem naturalis.
- 44 Mors naturalis non equiparatur civilis, nec è contra, nisi in casibus à iure expressis.
- 46 Mors civilis non operatur eundem effectum in deponato & legato, quem mors naturalis.
- 46 L. rei vxoris, C. de donat. inter vir. & vxor. in r. responso non habet locum in donatione causa mortis, quia illa non confirmatur, sed irritatur per mortem civilem, ex qua amittitur ciuitas & libertas.
- 47 Bona hereditaria, siue legata, per professionem Monachi testatoris, statim ad institutum heredem vel legatarium pertinent, si Monasterium sit incapax bonorum: quod si eorum sit capax, hereditas vel legatum morte naturali ipsius Monachi ad heredem vel legatarium pertinet, in eius vero vita ad Monasterium.
- 48 Imola distinctio in predicta specie refertur, & n. 49. cum seqq. de eius veritate agitur.
- 50 In dubio facta mentione mortis in proposito, intelligitur de naturali tantum.
- 51 In dubio quando non constat ex mente testatoris, quomodo sit expectanda, naturalis vel civilis, nec alicuius mortis mentionem fecerit, quid dicendum sit.
- 53 Hereditas vel legatum, relicta vel relicta à Monacho, ingressu religionem bonorum mobilium capacem, efficitur caduca vel caducum, si interim, viuente Monacho, haeres vel legatarius decedat, & num. 91.
- 54 Limitatur quod predictum est numero precedenti, quando hereditas vel legatum eius conditionis esset, ut in vita ipsius heredis vel legatarij Monachi verificari aut deferri non posset, sed post mortem eiusdem heredis, ut hic, & n. 59. quem sensum habebit hac in specie voluntas testatoris.
- 55 Filius in vita patris nullum ius habet in bonis ipsius, etiam pro legitima, nec in se considerabile, nisi tantum post mortem patris, & tunc dicitur quasi debita sibi legitima.
Renunciatio filij bonorum parentis in vita eiusdem ac cum eiusdem licentia facta, facit intelligitur facta, si ipsi filio deferatur, & non alius, n. 55.
- 56 Filia renuntians hereditati paternae, nullo accepto, non excludit eius filios ab hereditate aui, etiamsi praestiterit filiae inuamentum, si auius post filiam obierit.
- 57 Idem erit, si filia tempore renuntiationis dotem congruam receperit.
- 58 Impossibile est, ut quis per renuntiationem excludatur à futura successione, nisi demum successione delata, & non auct. quia renuntiatio tacitam habet conditionem si hereditas renuntianti fuerit delata.
- 60 Insuper aliquid restituere post mortem, si fiat Monachus ordinis Mendicantium, qui nihil proprium habere possunt in communi, aut in particulari, an statim post professionem id restituere teneatur, vel expectanda sit mors naturalis ipsius, ita ut interim bona illa permanere debeant apud venientes ab intestato ipsius Monachi? cum num. seq.

- 61 Per seruitutem pena, fideicommissi dies non intelligitur cedere.
- 63 Monachus auct. grauatus restituere alteri hereditatem vel quid aliud, si superuixerit fideicommissario, non euasit fideicommissum, si Monasterium suo omnino incapax successione bonorum.
- 64 Secus erit in Monasterio capace bonorum in communi vel particulari, quia in hac specie Monasterium, durante vita Monachi, habebit bona fideicommissi, & apud eum perpetuo permanent, si Monachus superuixerit fideicommissario.
- 65 Quamdiu est locus testamento, successio ab intestato cessat.
- 66 Grauatus restituere hereditatem, si damnetur in metallum, statim fit locus fideicommissi: hodie secus, sed expectanda erit mors naturalis ad restitutionem ipsius, & interim sibi potitur dictis bonis, ut in num. 73.
- 67 L. ex factis, §. si quis rogatus, ff. ad Treb. intellectus.
- 68 Auct. de sanctiss. Episc. §. sed & hoc praesenti, loquitur in Monasterio capace bonorum.
- 69 Hodie nemo bene natus à principio ex supplicio sit seruus pane, & sic non perdit libertatem, neque matrimonium dissoluitur.
- 70 Serui pena dicebantur, in metallum damnari, & in opus metalli, & si quid eis in testamento datum fuerat, pro non scripto erat, quasi non Caesaris seruo datum, sed pena.
- 71 Literal. 4. Taur. refertur in hoc hodie est l. 3. tit. 4. lib. 5. Nou. Coll. Reg.
- 72 Hodie cum damnatus ad mortem, siue civilem, siue naturalem, possit testari, ut in dict. ll. Regis, non erit seruus pane.
- 73 Filius legitimus an in vita patris religionem profitentis bonorum capacem possit petere legitimam portionem sibi competentem in bonis patris, necne?
- 76 Legitima filio non debetur, nisi post mortem patris.
- 77 Cap. cum simus, de regular. licet expenditur pro parte affirmatiua.
- 78 Auct. si qua mulier, C. de sacros. Eccles. expenditur pro eadem parte.
- 79 Filius in vita patris religionem professi non potest petere legitimam, secundum vniuersiorem receptionem sententiam, & proinde tenendam in iudicando & consulendo, & num. 94. limitatur, si pater ingrediatur religionem incapax bonorum, saltem in communi.
- 80 Filius non dicitur petere debitum ex successione, nisi quando pater est mortuus.
- 81 Integra Auct. Concil. Decretalis, cum simus, de regn. regul.
- 82 Ex hac integra non constat, quod pater viueret, neque quod mortuus esset.
- 83 Integra Auct. Augustini Decretalis, cum simus, de regular. refertur.
- 84 In hac integra adest aduerbium, Rele, quod in Decretali, Cum simus, non fuit translatum.
- 85 Aduerbium, Rele, significat, id est, iuste, & bien y derechamente.
- 86 Consequitur ex supra dictis, aduerbium, Rele, positum in integra, debere intelligi secundum ius, hoc est, mortuo iam patre.
- 87 Cap. fin. 20. quæst. 3. intellectus.
- 89 Successiones semel de iure civili.
- 90 Monasterium tenetur alere filios Monachi, eo viuente, quia bona transeunt cum suo onere: poteritque filius casu petere, ut assignentur sibi certa bona, ex quibus possit se alere.

- 91 Filius qui ingrediatur monasterium patre viuente, non poterit legitimam consequi.
- 93 Pater filio viuente, qui ingressus fuit religionem, & in ea professus est, non potest petere suam legitimam à monasterio in bonis filij profecti, nisi demum post mortem naturalem ipsius, & n. 94.
- 95 Pater monachus, qui post ingressum monasterij vult inter filios testari, non potest plus legitimam filijs relinquere, nisi tantumdem ipsi monasterio relinquat. Idem est in filiis monachis respectu parentum.
- 96 Auct. si qua mulier, C. de sacros. Eccles. & l. 17. tit. 1. p. 6. cum ea conuadans, licet in descendentiis solium loquantur, ad ascendentes tamen ex paritate rationis extendenda sunt.
- 97 Pater an per ingressum & professionem monasterij bonorum in communi capacis, amittat usum fructuum, quem iure patria potestatis habet in bonis aduentitijs filiorum, & consolidatur proprietati, nec nec cum n. seq.
- 98 Vnus fructus, quem ingressus monasterium habebat, per professionem non extinguitur.
- 99 Monasterium, viuente monacho professore, regit & gubernabit bona ipsius monachi testatoris & faciet fructus suos.
- 100 Differentiatio inter patrem legitimam administratorem bonorum filij ingredientem religionem bonorum in communi capacem, & alios usufructuarios eandem profertentes respectu amissionis praed. usufructus vel non amissionis, nulla sufficiens dari potest.
- 101 Bona monachi, qui infra annum probationis decessit in monasterio capaci bonorum, testamento non condito, nec renuntiatione legitime facta, an acquirantur eius venientibus ab intestato vel monasterio: & n. seq.
- 102 Ingreddente monasterium, expressè bona sua dicente, intelligitur tacita conditio, si in monasterio perfectauerit, unde eo redempte ad saeculum, bona recuperabit: quod intelligitur, ubi nouitius verè recessit à monasterio infra annum probationis: secus vero erit, ubi in eo permanens sine animo recedendi, ibi decessit, ut in n. 103.
- 104 Monachus simpliciter ingrediens monasterium, non declarando quod illud fuerit ingressus causa standi in probatione, si moriatur infra annum probationis, nulla dispositione facta de bonis suis, ad quem ipsa pertineant.
- 105 Bona ingredientis monasterium decedentis intra annum probationis, an pertineant ad monasterium vel ad venientes ab intestato ipsius nouitij, praeterquam in dotibus monialium, ut in n. 109. & hodie in reliquis bonis, ut in n. 110.
- 106 Nouitius si reuertitur ad saeculum, potest sua bona recuperare.
- 107 Nouitius in quibusdam habetur pro religioso, & talis est de foro Eccles. & gaudet privilegio canonis, & quid in alijs, vide n. 108.
- 111 C. 16. de regular. & monial. sacri Concil. Trid. sess. 25. licet loquatur tantum, quando nouitius vel nouitia exeunt à religione ante professionem, idem tamen videtur hodie dicendum, ex ratione in eo expressa, quando nouitius vel nouitia decedit in religione infra annum probationis, ut bona ipsius minime ad monasterium, &c.

CAPVT I.

De testamentis eorum, qui religionem postea ingrediuntur, vel qua post ingressum conauntur.

TESTAMENTUM ¶ conditum ab aliquo ante ingressum religionis, validum est, & per ipsum

ingressum postea subsequitur non rumpitur neque vitatur: Quilibet enim potest ante ingressum religionis de bonis suis disponere prout voluerit: text. est expressus in auct. de monachis, §. illud quoque, collat. 1. & in auct. nunc autem, C. de Episcopis & clericis, cap. si qua mulier, §. nunc autem, 19. quæst. 2. quod non tantum procedit, quando quis ingrediatur monasterium bonorum immobilium incapax, quia tunc ab ipso ingressu vires assumit testamentum, non aliter ac si ipse ingrediens naturaliter mortuus fuisset, ac proinde id monasterium non rumpit, vt censuerunt Bart. Bald. & communiter moderni in l. 1. ff. de testam. vt testatur Socin. cons. 91. n. 2. lib. 1. sequuntur Abb. n. 50. Felin. 54. Berol. 400. in cap. in praesent. de probat. D. Cost. in cap. si pater 2. p. verb. testatore mortuo, n. 6. in princip. de testam. in 6. Jul. Clar. lib. 3. recepit. sententiarum, §. testamentum, q. 28. veris. sed retent. a. D. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 9. n. 43. sed etiam, quando quis ingressus est monasterium bonorum capax, quia tunc per professionem non rumpitur neque vitatur: vt probatur in dd. iuribus intelligi tamen debet, vt infra dicemus.

Hoc autem vltimum procedit, quoties testator suum condidit testamentum, cogitans de ingressu religionis: tunc enim neq; per ingressum, neq; per professionem rumpitur, sed remanet firmum: vt in dictis iuribus frustra enim permitterent disponere, nisi valeret dispositio: secus vero, si de religionis ingressu minime cogitauit, quia tunc testamentum rumpitur per ingressum religionis: Ita docent Iacobus Baldus, Odofred. & Iacob. Butricar. quos refert & sequitur Bart. in auct. si qua mulier, n. 7. C. de sacros. Eccles. & ibi Bald. & Paul. Castr. num. 4. quam opinionem dicit viderem de iure, Ioan. Imol. in l. 1. n. 1. ff. de test. Dec. in cap. in praesentia, n. 1. de probat. vbi Imol. colum. final. dicit, eam esse vtiorem & ab ea non esse recedendum in iudicando, secundum Fulgos. & Ial. in d. auct. si qua mulier, n. 21. est communem secundum eundem Dec. cons. 31. col. 2. Ripam in l. si vnguam, quæst. 35. C. de reuocand. donat. Eandem sequitur & testatur communem & frequentius receptam D. Couarr. in cap. 2. n. 5. de testam. item & Iul. Clar. vbi supra, q. 28. necnon & Grassus de successio. §. testamentum, n. 3. 4. n. 3. & sequitur Guillelm. Benedic. in cap. Raynuius, in verb. mortuo itaque testatore, el. 1. n. 297. de testam. Vbi ¶ quod sicut tale testamentum factum cogitatione religionis, non infirmatur per ingressum ipsius, patitur non confirmatur, donec testator naturaliter moriatur: vlt. quos hanc testatur esse communem opinionem Legistarum, Viglius in princip. num. 3. Instit. quib. mod. testam. infirm. & Didac. Perez eam sequutus in l. 1. tit. 2. lib. 3. ordinament. pag. 67. & 68. eamque sequitur Menchac. de success. creat. §. 20. n. 29. dicit communem plures allegans D. Molin. vbi supra, n. 44. & 45. & inquit D. Cost. vbi supra, num. 7. quod in hac specie, de qua agimus, inter omnes constat, oportere ipsum testatorem monachum naturaliter mori, vt eius testamentum confirmetur & hereditas deserti incipiat.

Verum contra hanc receptam sententiam imo quod indistincte testamentum factum ante religionis bonorum capacis in communi ingressum, tunc patitur per ingressum religionis, siue testator cogitauerit de ingressu siue non, illud videtur, quia ¶ testamentum signatione posthumi rumpitur, vt in l. 1. in fin. & in l. 3. in princ. & in l. posthumorum, ff. de iust. rup. irritaque fact. testam. text. in princ. instit. quibus modis testamentum infirmatur. Sed monasterium ¶ loco filij posthumi habetur atque censetur, vt in auct. nisi rogati, C. ad Trebellian. Ial. in rubr. n. 19. ff. de lib. & posth. & in rubr. C. eod. Bald. & Imol. in l. filium à patre, §. 1. ff. de lib. & posth. Menchac. de succ. creat. §. 20. num. 29. & num. 196. & Tiraq. plures allegans, in

l. si inquam. verb. susceperit liberos. n. 42. C. de reuoc. donat. d. i. xim. late supra lib. 1. Canonica. q. c. 32. n. 2. cum seq. Ergo testamentum, utique factum ante religionis ingressum, professione rumpitur, sicut agnatione rumpitur posthumi. Oportet tamen, ut hoc testamentum non rumpatur, relinqui monasterio legitimam titulo institutionis; alias rumpetur per professionem, iuxta gloss. *verb. competere. in dict. authent. si qua mulier. & ibi Petrus & Cyn. & Raphaël Fulg. gloss. etiam in dict. §. illud. in authent. de monach. Federic. de Senis conf. 165. & hac opinio est communis secundum Imol. in dict. l. 1. n. 11. ff. de testam. & Ia. in dict. authent. si qua mulier. n. 17. in fin. & in rubric. n. 2. ff. de lib. & posth. & illam dixit communiter seruati Alberic. in dict. authent. si qua mulier. post princip. & communem testatur Menchac. vbi supra, d. §. 20. num. 196. & Did. Perez. etiam vbi supra, pag. 68. & sic hæc est secunda opin. in hac materia.*

7 Rursus ¶ Anton de Butt. in d. cap. in presentia. est in tertia opinione, distinguens nempe inter expressè cõferentem bona sua tempore ingressus religionis bonorum capacis, nulla tamen mentione facta de testamento, vt in hoc casu, si in continentis post testamentum conditum bona sua etiam expressè tradiderit monasterio, non videatur reuocasse, sed potius contulisse ad tẽp. vite sue. Non enim est verisimile, quod ita in continentis voluerit mutare animum suum, argum. non ad ea. ff. de cond. & demonstr. secus si ex intervallo ingressus religionem bona sua expressè contulit monasterio, quia tunc præsumendum est voluisse mutare; & inter tacite conferentem bona sua tempore ingressus, quia tunc indistinctè non videtur reuocare: Ex quo enim aliter expressè non disposuit, videtur vellem suum testamentum præcedens remanere: Quia licet monasterium debeat habere suam portionem, poterit tamen illam consequi aliter, quam rumpendo testamentum. Quæ opinio magis placet Abbati in d. cap. in presentia, n. 52. quam distinctio Bart. vbi supra, præterquam in eo, quod tenet Anton. de Butt. vt hoc casu monasterium debeat habere portionem suam, hoc enim nullo iure probatur, imo potius innuitur contrarium in d. §. illud, vbi probatur, quod potest de bonis suis disponere, prout voluerit: & huius rei opinio Butrij quatuor fundamenta refert Decius in d. cap. in presentia, num. 61. quam sequitur ibidem Felin. n. 54. & contra Bartol. sententiam Pontificij crebriori calculo probent secundum Alciat. in rubric. ff. de de lib. & posth. n. 47. & 48. allegantem Anton. Abbat. Decium & Felin. vbi supra, & eam late probat, nempe, vt indistinctè hoc casu testamentum valeat, per d. §. illud, in authent. de nuptiis, licet de ingressu monasterij tempore conditi testamenti testator non cogitauerit, quamvis præteritione monasterij rumpatur (sed, vt vides, aliter Pontificij præfati sententiæ, distinguentes vt supra.) Eandem sententiã Anton. de Butt. reprobat D. Molin. vbi supra, num. 45. eam reducens ad duos casus tantum indistinctè, nempe, quãdo monachus, faciens professionem, omnia bona sua expressè contulit monasterio, vt tunc censetur ex hoc primum testamentum reuocatum, sicut si omnia bona sua alteri donasset, vel ea alienasset: & quãdo fecit professionem simpliciter, in cuius consequentiam censetur tacite bona sua monasterio dicare, vt tunc ex hac tacita & præsumpta bonorum translatione in monasterium facta, non censetur prima dispositio testamenti expressè reuocata, ex text. in dict. authent. nunc autem, qui sic est intelligendus: allegatque hanc sententiam tenentes Anton. Abbat. Decium, & Felin. vbi supra, & Augustin. Berol. in dict. cap. in presentia, n. 17. cum seq. sequitur etiam Iulius Clar. vbi supra, in vers. de reuocata, & indistinctè cum supradictis & aliis eam sequitur Molin. Theologus vbi supra, colum. 753.

dicens, quod inter recentiores iam hodie communis est hæc sententia.

Sed nihilominus præfata distinctio Bart. supra relata verior est & magis communis & recepta, ac proinde tenenda in iudicando & consulendo. Neque obstat, quod monasterium habetur loco filij posthumi, ac proinde per ipsius ingressum rumpi debeat testamentum: Quia ¶ respondemus, hoc procedere posse in casibus à iure expressè, in aliis autem non habetur pro filio, vt diximus in d. c. 32. n. 56. lib. 1. Canonica. quæst. hoc est, vbi ingressus monasterium, nullum prius testamentum condidisset: Quia si illud condidisset, iam est expressum contrarium: Voluntati namque expressa, quæ in testamento habetur, non videtur ex tacita derogatum, arg. l. in fin. in princ. & quod ibi notat Bart. ff. de leg. 2. & præterea hoc in terminis expressè probatur in d. authent. nunc autem, C. de Episcop. & cler. ibi: Si prius testatus non sit, & exinde iudicio eius cessante: idemque innuitur in d. §. illud, in authent. de monach. in dicto vt supra. Quare præfata secunda opinio, etsi communis affirmetur ab Imol. vera quidem minimè est, vt ex supra dictis patet, & eam expressè improbat D. Couar. vbi supra, vbi ex eisdè minori negotio tolli hac in re affirmat, quod Salycet. in dict. authent. si qua mulier. probare nititur, dicens, testamentum, etiam ¶ factum ab eo, qui cogitauerat religionis professionem, etiam portione legitima monasterio titulo institutionis dimissa, per professionem rumpi, quasi per capitis diminutionem, vt in l. consociuntur. §. post testamentum, ff. de iure codicil. & in §. alio autem modo, & §. sequent. Institur. quibus mod. testament. inferm. Nam etsi testator se alteri in adoptione dederit & in ea mortem obiecit, irritum fit eius testamentum, vt in dict. iurib. probatur, & in l. 1. §. 1. p. 6. & opinionem Salycet. sicque contra communem, quam supra retuli ex Imol. existimant esse veriosem Fulgof. & Ia. n. 21. in dict. authent. si qua mulier. & defendit Roman. conf. 237. Hæc namq. Salycet. & aliorum opinio falsa est, si quidem iure ciuili hæc capitis diminutio, quæ per religionem contingit, irritum non facit testamentum, vt expressum probatur in d. §. illud, & in d. authent. si qua mulier, & in d. authent. nunc autem, hæc enim mutatio status fit in melius, cum sequitur Deo regnante fit, ac proinde per eam non reuocatur testamentum, vt in ad. iur. & ita etiam præfatum opin. Salycet. Bartolum defendens increpat Dec. in dict. cap. in presentia, d. n. 61.

Superest igitur ¶ ex veriori & receptiori traditione, testamentum factum ante ingressum religionis in cõmuni bonorum capacis, ab eo, qui tunc temporis de religionis ingressu cogitauit, minimè rumpi per ipsum ingressum neque per professionem, imo per eam firmum remanere: quam etiam opin. sequitur ac proculdubio veram & communem appellat hoc casu D. Mol. vbi supra, n. 49. secus si de religione non cogitauit.

Non obstant modo duæ rationes D. Mol. vbi supra, n. 45. quibus hanc magis communem sententiã Bart. (in secundo membro, nempe cum testator tempore testamenti de religione non cogitauit) stare non posse affirmat, ipsæ namque militat ac procedere possent vbi testator tempore testamenti cogitauit de ingressu religionis, alias vero eo de religione non cogitante rumpitur testamentum præcedens, non tam ex contraria voluntate tacita vel expressa, quam agnatione postam hoc est, monasterij, quod loco filij hoc casu habetur, vt prædiximus, text. autem ¶ in d. authent. nunc autem, cum similib. communiter intelligitur per DD. quando testator cogitauit de ingressu religionis.

Nunc autem ¶ magis communis præd. sententiã ampliat, vt procedat, etiam si testator in eo testamento nihil reliquerit monasterio, adhuc enim monasterium conueni ex hoc non potest, neque ei aliqua portio com

competit in monachi bonis ac patrimonio, vt expressim tenet Bart. in d. authent. si qua mulier, d. n. 7. in vers. ex hoc dico, cuius opinio est communiter approbata secundum Rip. in d. l. si inquam, d. q. 35. n. 94. C. de reuocanda. donat. qui arbitratu, esse parum veritatem, & secundum Couar. vbi supra, qui illam sequitur & esse communem testatur D. Cost. inc. si pater, 2. p. vers. restatore mortuo, n. 10. de testam. in 6. Eandem profiteatur hodie esse magis communem Iul. Clar. vbi supra, illam sequutus, dicens, quod ab ea non recederet in practica, attenda dispositione d. §. illud, generaliter loquens, & quia sibi iulior & equior videtur & magis fauere testamento (saluo tamen semper iudicio sanctæ Ecclesiæ, cui in omnibus se subicit, prout nos quoque facimus) existimantque hæc sententiam esse verioerem, magis communem & tenendam, contra eam, quam Imol. vbi supra, communem etiam esse existimauit, & nostram hanc probant vbi supra, August. Berol. n. 519. cum seq. & Doct. Molin. n. 47. licet contraria opinio sit communis Canonitarum: quam resoluit & sequutus est Andr. Alciat. in rubric. n. 48. ff. de lib. & posth. prout eum refert Cost. vbi supra. Si tamen aliquid relinquatur monasterio titulo institutionis, sine dubio non irritatur testamentum per professionem secundum omnes, vt testatur Imol. in d. l. 1. num. 31. de testam. est communis secundum Abb. in d. cap. in presentia, n. 49. in fin. & Iul. Clar. vbi supra, præsupponentem, idem esse, si ¶ id titulo institutionis non relinquatur, sed alio relicto sit titulo.

Secundo ¶ ampliat magis recepta sententia, vt procedat, etiam in prædicto casu non sit seruata solemnitas iuris communis, quia si hoc permittitur militi armate militiæ, qui pugnat pugna corporali, multo magis debet permitti ei, qui de proximo cingendus est celesti militiæ, vel militi celestis patriæ, vel qui pugnat pugna mentali & contemplatiua: Ita tenet Bart. in d. authent. si qua mulier, n. 7. vers. ex hoc dico, C. sacros. Eccles. & in l. 1. n. 12. C. eodem, Abb. & Dec. in d. cap. in presentia, n. 6. post Ant. de Butt. ibi, est communis opinio secundum Dec. in d. conf. 51. n. 3. Et licet in puncto iuris pariat aliquam difficultatem, in practica tamen obtineret propter auctoritatem Bart. & sequacium, vt credit Iul. Clar. vbi supra, in princip. sed eam nimis nouam & suspectam putat Menchac. de successoreat §. 21. n. 174. & contrarium eum Nauar. & alii tenet atque affirmat Molina Theologus de iustit. & iur. in 2. tract. dist. 139. pag. 751. in vers. ad id est que verius meo iudicio. Secundo ¶ dicitur ex supradicta magis communis distinctio Bart. & ceterorum quod si nulla religionis cogitatione testamentum conditum fuerit, sequuta professione reuocetur, quasi ex noua voluntate & propter ingressum religionis, quia monasterium hoc casu loco filij habetur. Quod procedit, siue testator in ipso monasterij ingressu non solum seipsum, sed etiam bona sua expressè monasterio dedicauerit, siue tacite, vt ex merito communis patet, quamvis contrarium velit Iul. Clar. vbi supra, in vers. reuocata, into quod præfata communis sit intelligenda tantum, quando testator expressè se & bona sua ingrediens monasterio dicauit, secus si tacite, tunc enim non creditur, quod per huiusmodi tacitam voluntatè dicatur reuocata prior expressa voluntas quem sequutus est D. Molin. vbi supra, n. 45. hæc namque moderatio coincidere hac in specie videtur cum sententiã Ant. de Butt. Abb. & Fel. vbi supra, contra quos cum magis recepta & veriore distinctio Bart. supra, docentur tenendum, quare eam tenentes, moderationem hanc Iul. & Clar. & Mol. recipere debemus, ex eo enim quod testator tempore testamenti de religionis ingressu non cogitauit, præsumitur mutata voluntas per pro

fessionem religionis bonorum capacis, siue tacite, siue expresse tunc temporis dicatio personæ & bonorum fiat: Quod ¶ enim permittitur libere testari à iure ingreßoris religionis, vt in d. §. illud, & in d. authent. nunc autem, 16 cogitur ac procedit, & necessario intelligi debet in cogitationibus de ingressu religionis eo tempore atque id in animo gerentibus, vt ex ipsis iuribus intelligenda sunt; Ex eo enim deducta fuit d. authent. nunc autem. Verba autè d. §. illud, hæc sunt; Illud quoque, decernimus, qui in monasterium introire voluerit, antequam ingrediatur, licentiam habere suis viis, quo voluerit modo: quare merito, vt tunc per religionis ingressu ac professionem non rumpatur testamentum, cum nihil noui, quod prius non fuerit cogitatum, cogitatur; secus si tempore testamenti conditi de religione cogitatum minime fuerit, tunc enim nouus casus cõiungens religionis, & sic agnatione posthumi, hoc est monasterij, quod hoc casu pro filio habetur, merito, vt testamentum præcedens rupatur, siue dicatio personæ & bonorum expresse vel tacite fiat: & hæc est potissima differentia ratio inter hoc duos casus distinctionis cõmuni.

Limitatur ¶ tamen primo hoc secundum membrum 17 distinctionis Bart. & communis, vt testamentum factum ab eo, qui religionis ingressum minime cogitauerat, professione sequuta rumpatur solum quoad legitimam portionem monasterio competentem vt placet Ant. de Butt. in d. cap. in presentia, quem sequitur D. Couar. vbi supra, d. num. 5. in vers. ipse vero, quamuis eos increpat D. Molin. vbi supra, n. 47. intelligens ipsos loqui in casibus, in quibus ipse Molin. dixit, testamentum non reuocari facta professione, nempe etiam si de religione non sit cogitatum, quando dicatio bonorum postea monasterio expresse facta non est, sed tacite à iure. Nã cum hoc casu veritas & magis communiter receptum sit, testamentum rumpi, aduersus opinionem Antonij & Molinæ atque sequacium, admitti rectè poterit hæc moderatio Couar. vt rupatur solum quoad legitimam portionem monasterio competentem: Quod si opinio Antonij & Molinæ sequenda foret (quod diffitemur) declaratio Molinæ rectè quoque procederetur: Non vero quod prædiximus, tenemus. Quintimo & Iul. Clar. vbi supra, §. testamentum, q. 28. vers. reuocata, in fin. etsi contra prædict. secundum membrum distinctionis Bart. tenuerit, vt vidimus, adhuc hanc limitationem sequitur, dicens, hoc casu quantum ad institutionem, testamentum rumpi, sed quoad dispositionem authent. ex caus. C. de lib. p. var. vel ex hered. cuius opinio libenter probat, et si D. Mol. vbi supra, dicat, eam probare se non posse.

Secundo ¶ limitatur secundum membrum distinctionis Bart. vt procedat in religione capaci bonorum & successio, vt prædiximus: secus in religione incapaci bonorum immobilium, quia tunc absque dubio testamentum non rumpitur per huiusmodi religionis ingressum ac professionem, sed imo ab ipso vires affirmat, non aliter ac si ipse ingrediens naturaliter fuisset mortuus, vt prædiximus in principio huius c. & omnes communiter DD. de re hæc agentes profiteantur, & eos refert ac sequitur D. Molin. vbi supra, n. 43. post Iul. Clar. & infra latius docerimus.

In dubio ¶ autem quando non constat, vtrum testator tempore testamenti, de religione cogitauerit, necne, ex intervallo tẽp. ad testamentum ad religionis ingressum, id index arbitrabitur: vt si in breui religionem profiteatur, arbitretur testatorem de religione cogitasse, ac proinde testamentum non reuocetur, iuxta primum Bart. distinctionis membrum cõmuniter approbatum, cum his, quæ ei adiecta fuerit supra pro ipis declaratione: si vero multum post tẽp. id contigerit arbitrio eiusdè iudicis, contrariè existimabit, ac proinde testamentum

testamentum rumpetur iuxta superius dicta, quod constat ex opinione. Anton. de But. & sequacium supra adducta, & praeterea ab omnibus probatur, ut testatur D. Cou. dicit. n. 5. ubi sup. in versibus vero addendum, est communis secundum D. Mol. ubi sup. n. 46. plures referentem, & Grassum de success. testamentum. quest. 34. n. 4.

20 Illud praeterea adiciendum est, monachum ante professionem posse valide testari, ac proinde ipsius testamentum per testatorem non reuocari, ut pote factum eo tempore, quo testator liberam habuit testandi facultatem: cui conclusioni adimplatur text. in c. 4. de regul. & ita tenent gl. in auth. ingressi, C. de sacrosan. Eccles. & ibi optime Bart. in reper. n. 1. & in lectura, n. 4. cum sequentibus Bald. n. 1. & Salyc. 3. Greg. Lop. in l. 17. gl. i. i. r. 1. part. 6. intelligens eam legem, quae videbatur contrarium probare, post professionem tacitam vel expressam, & Iul. Clar. ubi sup. vers. dixi, & D. Mol. ubi sup. n. 52. cum sequentibus. & est communis secundum alterum Molinam de iustitia & iur. 2. tractat. disputat. 139. col. 747.

21 Monachus quod natus, nouitius intra annum probationis tanquam laicus censendus est: nec dicitur monasterium ingressus, qui nondum fecit professionem, secundum Bart. in d. authent. si qua mulier. n. 20. ubi ceteri feribentes, Fulgof. Paul. Alex. & Corn. in l. si quis heredem, C. de instit. & substit. text. in c. religioso, de senten. excommunicacionis lib. 6. & in c. non solum, & in c. constitucionem, de regul. Berol. in d. c. in presentia, n. 352. Tiraq. de retrah. dignag. s. 1. gl. 8. n. 34. cum sequentibus. quos refert & sequitur D. Mol. ubi sup. n. 53. sequitur alios referens Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 5. cas. 436. n. 4.

22 Ex quo infertur, quod ubi fit mentio de ingressu religionis, intelligitur cum effectu, ut ex gl. in d. c. in presentia, ibi: Ita quod tenet, monachus, notat Felin. in l. 3. vnde si maritus relinquit aliquid uxori, si ingressa fuerit monasterium, intelligitur de ingressu cum perfectura, ut per Angel. conf. 33. incip. Constan. Atcol. & Bald. & Salycet. in d. l. si quis heredem, & alios quos refert & sequitur Felin. dicit. n. 32. Tandem quod hinc procedit, quod de eisdem Archid. in c. cum simus, 12. q. 2. dicens, quod uouens ingredi religionem, non satisfacit, si ingrediatur & exeat: refert & sequitur Felin. ubi sup. sed de hac re latius agemus infra c. 22. de requisit. ad uotum oblig. c. vers. quod si quis uotum.

23 Et quod si praediximus, monachum ante professionem posse testari, procedit etiam sine licentia praelati secundum Cou. ubi sup. in fin. d. n. 5. aduersus Roderic. Suarez. allegat. 30. col. vlt. & Archid. in c. minor. autem, 19. q. 3. alius volentes, & opinionem Conar. in hoc sequitur Grassus de success. testamentum, q. 34. n. 5. & Molin. Theologus ubi sup.

24 Sed an hodie procedat, stante, c. 16. de regul. & monial. sancti Conc. Trid. sess. 21. dubitare quis poterit, ita ut ad hoc, ut testamentum monachi validum sit, seruari debeat forma d. c. nec nec cuius litera ita se habet: Nulla quoque renuntiatio aut obligatio a re facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque cause pie, valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius vicarii fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum foris, nisi sequuta professione: aliter vero facta, etiam cum huius fauore expressa renuntiatione etiam iurata, sit irrita & nullius effectus, &c. Videtur primo idem seruandum foro in proposito, tum ex eo, quod verba Concil. sunt generalia, ibi: Nulla quoque renuntiatio aut obligatio, &c. quae non strum quod calum comprehendere videntur qui enim totum dicit, nihil excludit, & verba vniuersalia omnia includunt. I. Iulianus, ff. de leg. 3. Dec. in l. omnia, in princ. ff. de iud. per. & conf. 245. visis iis, col. 1. vers. sed tamen su. pradiu. Alex. conf. 46. visis & accurata, in princ. lib. 1.

& alios referens Beccius conf. 100. num. 16. lib. 1. tum quod etiam, quia eadem ratio in vtroque casu militare videtur, quo casu recte indichmita in dispositione legis, acquipollet vniuersali, secundum eundem Beccium conf. 57. n. 30. lib. 1. Concilium etenim in hac parte eam formam renuntiationum nouitiorum introduxisse videtur, ut libertati monialium vel monachorum confereret, ideoque licentiam Episcopi siue eius Vicarii requisisse videtur, ut excluderetur omnis metus ac coactio consanguineorum siue affinium. Hinc est, ut quod idem Concilium statim c. seq. in hac verba protumprat: Libertati professionis virginum Deo dedicandarum proficiens sancta synodus statuit atq. decernit, ut si puella, quae habuit regularem suscipere voluerit, maior 12. annis sit, non antea eum suscipiat, nec postea ipse, vel alia professionem emittat, quae explorauerit Episcopus, vel coabsente vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat: & sic volutus eius pia ac libera cognitio fuerit, habueritque conditiones requisitas iuxta monasterium illius & ordinis regulam, nec non monasterium fuerit idoneum libere ei proficere licet, cuius professionis tempore Episcopus ignoret venearat profata monasterio cum ante mensem certiorare: quod si praesata certiorare Episcopus non fecerit, quamdiu Episcopo videbitur ab officio sustinenda sit, quae dicit Episcopus siue eius Vicarius, intra quindecim dies hoc examinet tenetur facere, alias non possunt in hoc se intromittere: non debent plus interrogare, quae sacrum Conc. ubi sup. praecipit, ut cauetur in Bulla Pij V. Pontif. Maximi confirmationis & nouae coelectionis priuilegium omni ordinu mendic. c. 7. inc. volumus etiam, data Rom. an. In. car. Dn. 1567. 17. Cal. Iulij, & ita praxis obtinuit, ut tempore, quo hoc examen fit, licentia simul ad profitemdum & renuntiandum monialibus nouitiis concedatur. Haec autem omnia militare quous videntur in tellamentum coelectione, coram iudice enim cessat omnis praesumptio fraudis ac metus, ut in l. c. de praed. decur. l. 10. & ibi Bart. l. 1. in fin. l. 2. de his qui per met. iud. non appell. l. fin. in princ. ff. quod met. caus. & in terminis ita voluit & tenet D. Spiritus ff. specul. resam. gl. 12. n. 50. pag. 305.

His tamen non obstantibus, contraria sententia salua semper correctione sacrosanctae matris Ecclesiae Romanae, cui in omnibus me submittit) indubie tenenda videtur, imo quod monachus nouitius siue monialis possit, durante anno nouitatus, testamentum libere condere abiq; praedicta solemnitate & licentia, de qua in d. c. 16. sess. 25. Concil. Trid. id enim tantu loquitur in contractibus renuntiationum siue obligationum inter viuos, non vero in vltima voluntate, ut patet ex illis verbis: Nulla quoque renuntiatio aut obligatio; Haec enim ad actus inter viuos gerendos proprie & secundum directum sensum litera referuntur, non vero ad testamenta: Si quod enim Concilium id voluisset, expressisset: argumen. l. unica, §. fin. autem ad deficiendum, in vers. nam si contrarium vellet, C. de caduc. tollen. & in c. inter corporalia, ibi: Pnde si extra, de translat. Episc. & in cap. ad audientiam, de decim. Congerit plura in proposito Tiraq. in l. vltima, C. de renouand. donat. Roland. a Vall. conf. 68. n. 35. lib. 4. Beccius conf. 12. verb. libertatis, n. 3. cum sequentibus 44. & conf. 32. num. 16. lib. 1. & praeterea eundem probatur in verbis Concilij statim sequentibus, ibi: Non alia intelligatur effectum suum foris, nisi sequuta professione, aliter vero facta, &c. Frustra ergo ac superuacane hoc praecipere Concilium (quod minime est dicendum) si de testamento idem sentiret: cum vltima voluntas deambulatoria sit ex sui natura usq; ad mortem, ut in c. cap. cum Martibus, de celebr. Miss. cum religio. Praeterea ea, quae specialiter indiget adnotatione, nisi notentur, videntur quasi neglecta: argumen. l. item apud Libero

Libero, §. ait. prator. vers. ca enim ff. de iur. cum simi. ibi a gl. neglecta, c. concessio. Cum igitur iure communi monachus nouitius, vel monialis nouitia, durante anno probationis, libere & absque aliqua licentia praelati vel praelati, testari possit, ut probauimus, hoc quia Concilio Tridentino expresse non corrigatur, quod non mutatur, quare stare prohibendum est, ut in l. sancimus, C. de testum. l. incipimus, C. de appel. cu simi. Nec obstat prima ratio in contrarium adducta, scilicet quod verba Concilij generalia sunt, &c. Nam respondemus, verbum quidem esse, attamen cum adiectione renuntiationis siue obligationis, & ideo ad specificata referuntur, cum de his tantum senserit Concilium, & sic ad actus inter viuos argumen. l. si de certa, cum materia, C. de translat. Vnde hoc voluit Concilium, ut nullus contractus inter viuos a religiosis nouitiis fieri possit renuntiationis seu obligationis bonorum, nisi seruata forma dicti Concilij: non tamen ideo idem dicendum est in testamentis, cum de his nec verbum vllum in Concilio adiectum sit. Non obstat & secundum fundamentum supra in contrarium adductum, nempe ex identitate rationis in testamentis & in contractibus; hoc namque non ita est, quandoquidem contractus ex sui natura statim irrevocabilis sit, & ideo iuxta libertas in huiusmodi monialibus & monachis nouitiis ad eum, celebrandum requiritur, ac demum forma tradita a Concilio ubi supra, ad testamentum vero condendum secus, ut praediximus. Quandoquidem id deambulatorium sit vsque ad mortem praediximus, & ideo diuersum sui status debet inter contractus & vltimas voluntates hac in specie, cum militet diuersa ratio: quae est vna ex limitationibus ad d. regulam assignari solita, & ita habet sententia principalem tenui, quamuis dubius, in qua repetitione c. quamuis pactum, de pact. in 6. in verb. cum nuptui tradebatur, n. 4. quam nunc certius probo: & post haec scripta probauit etiam Ludouic. Mol. Theol. ubi sup. pag. 750. vers. ambigere forsate, &c. & Ioan. Grat. nos referens in reg. 456. n. 7. & nouissime

34 Cuauc. 3. part. decis. 10. n. 113. Vltimo non possum non mirari quod Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 5. casu 436. n. 8. vir doctissimus, circa intellectum d. c. 16. de regular. & monial. sess. 25. Conc. Trid. opinatus fuerit, formam praefactam renuntiationis hinc ad religionis constitutam esse, ut minor 16. ann. (de quo in e. praecedenti) id agat eo tempore, quo magis fiat proximus aetati maiori, quocirca existimat ipse, locum non esse Concilij constitutioni, quando ingressus religionem esset aetatis 17. annorum vel maioris; Nam is quandoque intra annum professionis libere possit se obligare & bonis suis renuntiare, cum hoc in casu cesset illa minor aetas 16. annorum, quae adhuc apta non est ad profitemdum religionem nequae se obligandum vel renuntandum, iuxta Conc. definitionem: Hoc etenim inauditum, & contra literam Conc. Trid. dicit. c. 16. est, dum generaliter loquitur in omnibus religiosis nouitiis, cuiuscunque aetatis sint, minime distinguens inter minores & maiores 16. ann. At vero c. praecedens, certae aetatis definitio, ac requisitus ad professionem faciendam, non pertinet ad decisionem d. c. 16. statim sequentem, cum hoc diuersam habeat dispositionem a praecedenti: vnde nullam necessariam connexionem habent inter se haec duo capita. Firmiter igitur est tenendum, monachum vel monialium, minorem vel maiorem 16. annorum, teneri seruare formam praefectam a sacro Concil. Trid. in renuntiationibus faciendis, alias vero renuntiationis & obligatio erit nulla, ut in d. c. 16. expresse cauetur quod minime patitur subanditionem & intellectum ad restrictionem Menochij.

35 Superest tunc ut videamus, An monachus iam professus possit testamentum ante professionem a se factum reuocare?

In qua quaestione Bart. in d. authent. si qua mulier, n. 11. C. de sacros. Eccles. tenet quod quando quis ingreditur religionem fratrum Minorum, nullo modo potest illud reuocare: Quia sicut per mortem testamentum confirmatur irrevocabiliter ex parte testatoris, ita per ingressum huius religionis: & quia fratres Minores non possunt post professionem factam de rebus mundanis aliquid disponere, ut in Clem. exini de paradiso, de verb. signif. & in hoc casu non habet locum dispositio d. authent. si qua mulier, quae permittit post ingressum disponere: Si vero ingrediatur aliam religionem, possit reuocare testamentum donec vixerit: argumen. l. res uxoris, in fin. C. de donation. inter vir. & uxor & in l. sed & si mors, §. 1. ff. eod. ubi expresse probatur non sufficere mortem ciuilem, sed naturalem requiri ad confirmandam irrevocabiliter donationem inter viuos vel causa mortis, inter virum & uxorem: Itaque donatio pendet, ut vir post mortem ciuilem possit eam reuocare. Idem ergo videtur dicendum in specie nostra: & ante Bart. cand. opinion. prius tenebant in d. authent. si qua mulier, Petrus & Cyn. col. fin. n. 4. & ibi Iacob. Butric. in final. verbis: sequitur etiam ibi Salycet. n. 7. & Paul. Cast. etiam n. 7. id permittens tantum in fauorem monasterij vel filij, non vero in fauorem extraneorum quod Bald. ibid. n. 8. expresse repuit, & Greg. Lopez in loco statim citando. Idem Bart. in l. 1. C. de restam. eand. sequitur Archid. in d. c. si qua mulier, 19. quest. fin. & Anton. de But. in d. cap. in presentia, n. 34. & conf. 79. Aret. in d. l. 1. de restam. n. 5. Ant. Rosel. in auth. ingressi, col. vlt. C. de sacros. Eccles. Guilielm. Benedic. in c. Raymus, de restam. in verb. mortuo itaque restator, in 1. n. 300. & sequentibus. Iul. Clar. ubi sup. d. g. 28. in fin. ubi id permittit inter liberos tantum, secus inter extraneos: & haec fuit opinio quasi communis & verior, secundum Roderic. Suarez allegat. 20. n. 27. in vers. plus dico, quod est non, &c. & ad hoc eum refert Grassus de success. testamentum, q. 34. n. 8. quam esse communem etiam profertur Tellus Fernand. in l. 17. Taur. n. 6. fallitur tamen, dum allegat Abb. & Berol. in dicit. cap. in presentia, pro hac sententia, cum potius ipsi teneant contrarium, ut infra videbimus. Quinimo quod hoc concludit Anton. de But. ubi supra, quod licet primum testamentum fuerit conditum cum septem testibus, valebit tamen secundum cum duobus vel tribus testibus, ut in c. relatum, & in c. cum esset, de testam. quia nunc actus subicitur dispositioni iuris Canonici: item quod valebit simplex reuocatio, licet non sit elapsum decennium, sicut exigitur in l. sancimus, C. de testam.

His tamen omnibus non obstantibus, contraria sententia verior est & tenenda, imo quod testamentum factum ante professionem, post eam mutari aut reuocari non possit, quia professus testari non potest, etiam si professus sit eam religionem, quae communia bona habere possit, quia tempore professionis omnia eius bona ipso iure transferuntur in ipsum monasterium, ut in auth. ingressi, & in c. quia ingreditibus, 19. q. 3. & in auth. de monachis, §. illud, & eo praesertim, quod huiusmodi professus mutat statum & amittit libertatem quoad saeculum, & sic non habet velle nec nolle, quous vera libertas sit seruire Deo. Monachus namque quoad effectum testandi seu contrahendi pro mortuo habetur: text. in l. Deo nobis, C. de Episcop. & cleric. & in auth. ingressi, C. eod. & in c. in presentia, de probat. ubi omnes scribentes, D. Molin. ubi sup. n. 63. Poterit tamen testari inter liberos, iuxta dispositionem d. authent. si qua mulier, & l. 17. tit. 1. part. 1. inter alios secus: & an possit in fauorem vnus filij meliorationem facere vel maiora instituire, disicret latissime D. Molin. ubi sup. n. 55. & sequentibus, n. 64. cum sequentibus. An monachus professus possit testari & meliorationem facere in fauorem ascendenda

ascendendum, deficientibus descendibus legitime. De potestate agitur etiam et cōsentitū cū Mol. d. n. 55. alter Mol. ubi sup. disput. 1. 41. col. 771. Et quod prædiximus, testamentum factum ante professionem, postea mutari aut reuocari non posse, à fortiori procedit, si monachus, qui illud condidit, ingressus fuerit monasterium bonorum immobilium incapax, quia tempore professionis amisit dominium omnium rerum suarum, & ipsius hæredibus ab intestato venientibus acquiritur: Cum igitur professus testari non valeat (vt prædiximus neque testamentum antea conditum mutare aut reuocare poterit, vt in l. si vt propolis, C. de nupt. quia eius est destruere, cuius est constructe: argum. l. vna prædix. ff. communi præd. & in l. 2. ff. de re iudic. & in cap. cum inferior, de maiorat. & obed. atque de structure, cuius est institueret vt in cap. cum ex inuento, in fin. de heret. & in c. 1. & 2. de capell. monach. diximus in cons. 31. n. 18. & decim. non Nec ex sola voluntate absque alio testamento reuocari potest, vt in d. l. sancimus, & in §. ex eo autem Instit. quib. mod. testam. infirm.

Præterea, si vera est magis recepta sententia eiusd. Bart. quam supra defendimus, nempe testamentum conditum ante ingressum religionis cum cogitatione eiusdem, minime reuocari per professionem subsequantur, inde consequitur, ipsum post professionem mutari aut reuocari non posse alias n. non esset firmum. sed potius reuocabile, & sic deambulatorium vsque ad mortem naturalem: sed professio non rumpitur (vt prædiximus) Ergo sic irrevocabile. Tertio, quia si monachus post professionem moritur mudo, placuit. 16. q. 1. & sic apud non habet velle aut nolle, c. si religiosus, de elect. in 6. quare ne notetur proprietatis in eo sic disponendo de rebus temporalibus ad libitum, non poterit testari neque testamentum antea conditum mutare vel reuocare. Quarto, per text. in d. a. ubi. si qua mulier per locū ab speciali: Si enim ibi est speciale, quod post ingressum monasterij monachus possit aliquid ordinare in fauorem filiorum, & sic ex gratia illud sibi permittere, regula est in contrarium, vt in l. ius singulare, ff. de leg. & ita in specie hanc sententiam contra Bart. & sequaces probant ac tenent Abb. in d. l. c. in presentia, n. 61. Angel. in l. si de testam. & ibi Imol. n. 13. hanc late probat & dicit vtriusq. in l. a. etiam in d. a. si qua mulier, n. 17. Dec. in d. c. in presentia, n. 68 & in d. a. ubi. ingressus, n. 13. Rubens cons. 155. col. fin. & late hanc probat Aug. Bero in d. c. in presentia, n. 57. reprobantes opinionem Bart. contrariam. Hanc secundam apertio ore probauit etiam D. Cou. d. c. 2. n. 9. & hanc opinionem plures allegans testatur veriorum & receptiorum contra priorem Velazquez in l. 17. Taur. gloss. 6. n. 5. & in l. 44. gloss. 7. n. 3. Eandem sequitur & dicit communem cum Nauar. & Cou. quos citat Molin. Theologus ubi sup. disputatio 140. col. 756. Que sententia non solum procedit, si reuocatio testamenti fiat in fauorem extranei, sed etiam in fauorem monasterij: adhuc enim huiusmodi reuocatio non valebit: quod expressim probauerunt Aug. Bero, & Cou. ubi sup. ex mente eorum, qui secundam præfatam sententiam tenent: tametsi Bald. & Paul. Cast. in d. a. ubi. si qua mulier, vt prædiximus) contrarium in terminis probent, ac item ibid. l. a. n. 33. & Dec. in d. c. in presentia, n. 68 & Greg. Lop. in l. 17. in gl. p. de parit. tit. 1. part. 6. iuxta decisionem dict. a. ubi. si qua mulier, que id permittit in fauorem filiorum. Verum text. ille, vt modo dicebamus, tantum abest, vt non solum non probet hanc partem, sed potius contrariam, & sic nostrā: Decisio enim d. a. ubi. si qua mulier, specialis est, & ex gratia, ac proinde in propria specie & in suo tantū casu seruanda, nempe, cum inter proprios liberos legitimos & naturales, quibus pater nocere non potest, monachus testari vult propriam; bona inter eos

diuidere, legitima non diminuta: & quod eis non dederit, monasterio competet, illis namque nunquam pater præiudicare potuit quoad portionem legitimam eis debitam: monasterio autem potuit per testamentum factum cogitatione præmissa ipsius ingressus, etiam tacite, inhiuendo extraneū ante professionem: quod non inhiuendo dicit. a. ubi. si qua mulier, nec Regia lex ei similis 17. tit. 1. part. 6. vt optime responderit Cou. ubi sup. & ideo veriorum existimo & tenendam supradictam secundam sententiam negatiuam, cum sua ampliatione iam relata.

Superest t. vt respondeamus ad d. l. res uxoris, & ad d. l. sed & si mors, §. 1. C. & ff. de donat. inter vir. & vxor. in quibus iuribus contraria sententia sumo robur facit. Sed reuera nihil obstat nostræ veriori. Prior etenim lex loquitur in contractu donationis inter viuos: Secunda in donatione. causa mortis, quæ magis accedit contractui, quā vltima voluntati; vt notatur in l. 1. in princ. ff. de dot. prælegat. & ideo cū deportator sit capax contractus, vt in l. si mandauero, §. si cuius bona ff. mand. nil mirū, si donationes illæ non publicentur per publicationem bonorum ipsius donatoris, vt ibi patet, & sic merito, quod possit ille eas ante mortem reuocare: scilicet quando agitur de reuocatione testamenti faciendæ per illū, qui nullo modo potest testari, vt in casu proposito, nā tunc stat regula; Quod sicut non potest facere de nouo, sic neq. reuocare nec tollere nā factū, vt prædiximus: Nec sola reuocatio verbalis testatoris sufficeret, nisi instituta hæret, vt nota Bart. in l. si iure, ff. de l. 3. Ita Respondet Imol. in d. l. n. 13. ff. de testam. Vel vtriusq. & secundo ipse respondeo, quod deportatus siue relegatus, quousq. amisit libertatem, non tamen voluntate neque facultate contrahendi: vero monachus per professionem, cum transierit in ditionem ac potestate sui prælati, & sua Deo dedito, ac proinde non habeat velle nec nolle (vt modo dicebamus) consequitur, testamentum antea factum non posse reuocare neq. immutare, ac diuersitate ratione latis iuridicæ esse inter vtrūq. casum: Quod comprobari potest ex illo Matth. 19. cū Simon Pet. dixit ad Iesum: Ecce reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo eris nobis? Apostolorum enim fuit vera religio) & ideo dixit Petrus: Relinquimus omnia; & quia propriam voluntatem relinquunt ac magistrum suum sequuti, ideoque meruerunt habere vitam æternā. Qui igitur relinquunt suam propriam voluntatem, alteri que eam tradit cum sua persona, vt facit monachus cū proficitur, ea caret, ac per consequens reuocare testamentum antea factū minime poterit: Præterea, tuncq. mora ciuiliis æquiparatur naturali, quādo mors ciuiliis operatur eundem effectū, quem naturalis, vt in d. l. res uxoris, in 1. responsio; scilicet vero si eundem effectum non operatur, vt in ead. l. in 2. responsio; & in d. l. sed est mors: §. 1. per quem text. hæc est communis Theoria ibid. quam sequuntur Cyn. Bart. Bald. & Salye. in d. l. Deo nobis, C. de Episcop. & cler. & alij plures referunt Roder. Suar. d. alleg. 20. in vers. omnes isti capium fundamētum, & Eman. Coll. in d. §. quid sit tantum, 2. part. n. 13. ff. de lib. & posthum. communis secundum Ioann. Vinc. Honded. consil. 62. n. 37. estque communis opinio, vt plures allegans testatur Mench. de success. creat. §. 21. n. 172. in vers. est iam verum, ubi dicit esse iuriorem & communem etiam sententiam, cum alijs pluribus doctoribus, quos citat, vt mors naturalis t. nunquam æquiparetur ciuili neq. è contra, nisi in casibus à iure expressis, vt ibi latius per eum & Honded. ubi sup. n. 4. quas communes etiam refert Pelaz de maiorat. 2. part. q. 1. n. 36. & Velazquez in l. 4. Taur. gloss. 4. n. 2. & 3. & vltim. præd. D. Spino in suo Specul. testam. gloss. 12. n. 35. sed in nostra specie mors ciuiliis, hoc est, professio monachi,

eundem effectum operatur, quem naturalis, quantum ad voluntatem: Quia sicut ipsa extinguitur morte naturali vt in l. 4. ff. locati, cum similib. ita per professionem, vt prædiximus: sine voluntate enim testamentum reuocari non potest, vt patet: t. ac vero in deportato & relegato mors hæc ciuiliis non operatur eundem effectum quem naturalis; Deportatus namq. vel relegatus habet voluntatem, ac proinde potest reuocare donationem vxori suæ inter viuos vel causā mortis à se prius factam, vt in dictis iuribus: quod mortuus facere non potest: Ergo merito, quod prædicta mors ciuiliis in illa specie non operatur eundem effectum, quem naturalis operaretur. Inde est, quod si vir ille esset damnatus in metallum, per quam damnationem perderet ciuitatem & libertatem, cum per illam efficiatur letus pœnæ, confirmaretur donatio inter viuos ab eo vxori facta, quia prædicta mors ciuiliis tunc temporis operatur eundem effectum dissolutionis matrimonij; quem operaretur mors naturalis, vt expressim probatur: vt in d. l. res uxoris, in 1. responsio; sed quia in secundo non idem operatur, vt prædiximus, ideo potest maritus deportatus & sic mortuus ciuiliiter, eam reuocare, vt ibi dem deciditur: t. præmaxime, quod d. l. res uxoris in 1. responsio; non habet locum in donatione causā mortis, quia illa non confirmatur, sed irritatur per mortem ciuilem, ex qua amittitur ciuitas & libertas, vt ibi dicit gloss. & DD. quod sequitur Roderic. Suarez ubi supra.

Facto t. igitur testamento, quod per professionem rumpi non possit, iuxta supradicta, statim facta ipsa professione, bona hereditaria, siue legata ad institutum heredem vel legatarium pertinebant, si monasterium sit incapax bonorum: Quod si eorum sit capax, hereditas vel legatum morte naturali ipsius Monachi ad heredem vel legatarium pertinebit, in eius vero vita ad monasterium ita Bart. in d. a. ubi. si qua mulier, num. 9. & 11. & ibi Paul. Castren. n. 4. & alij relati per lasibus num. 26. idem Bart. in l. res uxoris, C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. 1. n. 7. ff. de testam. vbi Arcin. n. 6. dicit, hanc esse communem opinionem, eamque sequuntur Ant. de Butt. & Abb. in d. cap. in presentia, n. 8. Felin. 55. & Dec. 97. & hæc est communis sententia, secundum Alexand. consil. 13. vol. 1. & Roderic. Suarez d. alleg. 20. in vers. præterea est communis sententia, vbi plures refert: sequitur etiam & communem proficitor D. Couar. d. cap. 2. de testam. num. 6. & eam probat Guiliel. Bened. ubi supra, in verb. mortis itaque testator, c. l. num. 297. & num. 302. est communis, vt plures allegans, loquens in substituto, testatur Hond. ubi supra, num. 37. & 38. sequitur Molina Theologus ubi supra, pag. 755. Quamuis Felin. ubi supra, n. 56. à iud. teneat, quando ingressus est testator monasterium incapax bonorum, nempe vt tunc quoque expectanda sit mors naturalis: sed communis & tenenda sententia habet contrarium.

Imola t. autem in l. 1. num. 15. de testam. aliter in hac specie resoluit, distinguens in hunc modum: Quod aut constat de mente ipsius disponentis, quod voluerit expectari mortem naturalem, & tunc illa expectabitur, l. Statius Florus, §. Cornelio Felicio, ff. de iure iur. etiam si quis ingressus fuerit religionem mendicantium, secundum Bald. in d. l. 1. Idem erit, si sciens se ingressurum monasterium, voluerit & ordinauerit, disposita statim sortiri effectum post mortem suam: Nam intelligitur in dubio de morte naturali, arg. d. l. ex ea, §. in fulam, ff. de verb. oblig. d. l. i. C. ad his qui veniant etatis imperauerunt, aut constat, quod ipse disponentis voluit, vt statim post mortem ipsam ciuilem (quæ in ipso ingrediente dicitur esse demum facta professione, & non ante, per notata in cap. beneficium, de reg. iur. in 6.) testamentum sumeret effectum, seu per ingressum religionis, & tunc statim sumet effectum, argum. eorum, quæ habentur in l. in condi-

tionibus prima locum, in princ. ff. de condit. & demonstr. & in a. ubi. de monachis, §. illud quoque, sepe allegat. aut furus in dubio, & tunc considerandū est, quod aut quis fecit testamentum sciens se ingressurum monasterium, & tunc satis videtur posse dici, quod velut dispositionem suam statim sortiri effectum, per id, quod velut habetur in d. §. illud, non enim videtur tunc esse mens eius, quod transeat in monasterium illud, quod eidem non relinquit, sed alteri, cum sciret ingressum monasterium haberi pro mortuo, vt in d. l. Deo nobis, C. de Episcop. & cler. Et hoc procedit siue sit ingressus professionem mendicantium siue nō mendicantium, cū vtroque casu eadem ratio videatur concurrere. Si autē quis fecit testamentū non cogitans de ingressu monasterij, licet postea ex post facto illud ingrediatur, si intravit religionem fratrum Minorum, cum illi sint funditus incapaces ex eorum regula, & præsertim successione, vt in clem. exiui de paradijs, §. cupientes, de verb. signifi. tunc late testamentum statim sortietur effectum, cum illa mors statim habeat eundem effectum, quem naturalis. Si vero ingrediatur religionem Prædicatorum, vel alium ordinem mendicantium, & tunc forte possit tolerari opinio Angelicæ, scilicet vt fratres possint accipere, vt vendant commoditatem percipiendi fructus illorum bonorum ad vitam illius ingressi, & pretium illud conuertant in necessitates monasterij, quia isti non videntur adeo incapaces, vt sunt Minores: quod si velint accipere, vt teneant ipsa immobilia, hoc nō possunt, tanquam eorum incapaces: vt in cap. 1. de religio. dam. isti enim non sunt mendicantes ex regula, sed solum ex constitutionibus, vt notat Feder. de Sen. consil. 12. Ex quo patet, quod si monasterium esset bonorum mobilium capax, seruanda foret præcedens communis resolutio DD. quæ habet: Vt morte naturali monachi hereditas & legata ad heredem & legatarios pertineant: in vita vero ipsius ad monasterium, vt ex mente Imolæ ibidem colligitur.

Nunc t. videndum est, an hæc dicta Ioan. Imolæ iure procedant. Et quidem quoad primum & secundum membrum, quando constat de mente ipsius disponentis, siue quoque expectetur mors naturalis sui ipsius, vel ciuiliis, hoc est, vt statim post mortem suam ciuilem, id est, facta professione, testamentum suum sortiri effectum, bene loquitur meo iudicio, dum tenet, quod in vtroque casu seruetur voluntas testatoris, quando clara est, vt in a. ubi. de nuptijs, §. disponat, c. l. 4. & in d. a. ubi. de monachis, §. illud quoque, & in d. l. in conditionibus primam locum. Per quam doctrinam declaratur & moderatur singulariter præcedens communis, vt non procedat, quando aliud constitit manifeste ex voluntate testatoris, quia tunc ipsa erit seruanda in proposito: & ita opinionem Imolæ in d. 2. memb. nempe, quando testator expressit in testamento cauit, se velle, heredem institutum bona accipere, eisque vt & frui statim post religionis ingressum, vt tunc monasterium, etiam viuente monacho, à testatore excludatur, probat etiam Couar. in d. cap. 2. num. 8. ad fin. de testam. post Ludouic. Gozad. consil. 41. num. 11. & 17. quem refert, estque res manifesta, secundum Molin. Theologum ubi supra. In t. dubio autem, facta mentione mortis, intelligitur de naturali tantum, secundum Imol. ubi supra; cui in hoc etiam consentio: & sequitur Roderic. Suarez d. alleg. 20. vers. scilicet. præterea est communis sententia, ibi, in tantum, & c. sequitur Hond. ubi supra, num. 2. quod notatur in cap. sup. ceptum de rescriptis in 6. notat Petrus de Anchar. in d. cap. in presentia in 5. notab. de probat.

Quoad t. tertium vero membrum doctrine Imolæ in primo casu, nempe, quando sumus in dubio, quia non constat ex mente testatoris, quæ mors sit expectanda, an naturalis vel ciuiliis, nec altius mortis mentionem fecerit, vt tunc sit dicendum, voluisse testatō-

rem dispositionem suam statim fortiter effectum, quando fecit testamentum, sciens se ingressurum monasterium, & sic, quod hoc casu statim, facta professione, heres institutus vel legatarius habebit hereditatem seu relictum, non expectata morte naturali: Certè meo iudicio in hoc lapsus contra communem DD. resolutionem quia loquitur contra communem DD. resolutionem superiorem, quae hoc casu expressè tenet, quod quando monasterium est honorum capax, in vita Monachi debeat gaudere praedictis bonis, & post mortem naturalem ipsius ea pertinent ad heredem vel legatarios: Nam si monasterium est incapax bonorum, nulli dubium, quod morte civili Monachi fortitur plenum effectum suum testamentum, ut praediximus: tum etiam, quia testator hoc casu non est censendus velle derogare iuri communi supra dicto, quinimo potius se cum illo conformare, ut tradunt DD. in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. licet in dubio non potest mens contraria elici, sed potius conformis iuris dispositioni: Fallitur igitur Imola contrarium existimans: & ita in terminis Paul. Paris. in addit. ad Bart. in d. audent, si qua mulier, num. 9. lit. F. agens de praefata opinione Imolae, inquit: Considera de veritate eius, quia dura est decisio: & contrarium etiam videtur velle Paul. hic, & omnes alij sicque est contra mentem communis opinionis praedictae & ideo nec vera nec tenenda, ut existimo.

52 Restat per secundum casus tertij membri doctrinae Imolae, quando quis fecit testamentum, de ingressu religionis minime cogitans, & ingressus est postea religionem incapacem bonorum, quod tunc testamentum statim per religionem fortitur effectum, non expectata morte naturali: & in hoc rectè dicit esse communis opinio, vt modo diximus & prius in principio huius capituli.

53 Si vero in hac specie ingrediatur ordinem Praedicatorum, vel aliorum mendicantium, vel etiam alium bonorum capacem, dum sentit Imol. hoc casu post mortem Monachi naturalem bona pertinere ad institutum vel legatarium virtute praedicti testamenti, & in vita ipsius ad monasterium, modo quo ipse Imola hoc modetur, vt vidimus, & sic praesupponit valorem testamenti, hoc est, contra doctrinam Bart. magis communiter approbatam, quam supra defendimus atque probauimus, quae habet, vt testamentum eius, qui eo tempore non cogitavit de ingressu religionis, rumpatur per professionem, quasi agnatione posthumi, ac proinde non est tenenda opinio Imolae contra communem opinionem praefatam, vt supra monuimus, sicque monasterium hoc casu, si est bonorum capax vel pretij eorum, id habebit ac consequetur pleno iure.

Ex supra dicta doctrina communi, quae habet, vt in praefata specie expectanda sit mors naturalis Monachi, vt ipsa sequitur, hereditas vel legatum ad heredem vel legatarium pertinet, in vita vero Monachi ad monasterium, consequitur, quod si interim, dum viuunt praefatus Monachus, heres ab eo institutus vel legatarius, cui aliquid est a se relictum, decedat, ita quod testator superuivuit eidem, hereditas huiusmodi vel legatum erit caducum, ac per consequens ad suos heredes non pertinebit, sed remanebit perpetuo monasterio, arg. d. l. Statim Florus, §. Cornelio Felicio, ff. de iur. ff. ubi probatur, fideicommissum relictum in diem mortis heredis, non cedere ante diem mortis naturalis, etiam si heredis bona ob delictum sint confiscata: & reddat tex. rationem, quia postea prius ipse fideicommissarius mori, idem in donatione facta a viro uxori, probat l. res uxoris, C. de donat. inter vir. & uxor. per qua iura hanc sententiam in nostris terminis tenet Bart. in d. audent, si qua mulier, num. 10. Abb. in cap. in praesentia, n. 8. & 59. & ibi Felin. n. 5. de probat. loquitur etiam plures allegans, inueniens

esse communem, Roder. Suarez d. alleg. 20. versic. praeterea est communis sententia: est communis sententia, vt alios allegans asseruit Molin. d. col. 7. §. 1. Sed contra hanc sententiam primo considero, quod per professionem Monachi, & sic morte civili eiusdem, testamentum praecedens, factum cogitatione ingressus, firmum ac irrevocabile efficitur, iuxta superiora omnia, quae praediximus: Ergo si heres vel legatarius Monachi viuunt tempore praedictae professionis, licet postea decedat in vita Monachi, ius hoc irrevocabile, quod ex testamento ac professione Monachi acquisiuit, ad heredes transmittit, cum sit certum ac in re, & per consequens hereditas non erit caduca neque legatum, sed ad heredes heredis vel legatarij pertinebit. Secundo, quia licet in vita Monachi monasterium capax bonorum debeat frui eius bonis, de quibus in testamento dispositum, dominium tamen ipsorum statim per professionem acquisitum videtur heredi vel legatario. Tertio, quia licet testamentum huiusmodi Monachi non confirmetur, nisi morte naturali eiusdem, hoc verum esse videtur, quatenus & respectu effectus atque executionis: respectu tamen valoris irrevocabilis per professionem inducitur, vt probauimus: Ergo per eam acquiritur ius irrevocabiliter heredi vel legatario, licet postea in vita Monachi is decedat. Quarto, quia si testamentum huiusmodi, quando quis ingreditur monasterium incapax bonorum, statim post mortem civilem ipsius Monachi, hoc est, per professionem, effectum habet consummatum, ac si tunc naturaliter moreretur, absque eo, quod venientibus ab intestato eiusdem vllum ius competat in vita Monachi, ita & eodem modo videtur dicendum in nostra specie, vt quatenus monasterium bonorum capax in vita Monachi, competat vltus fructus praedicti bonorum, cum tamen ius irrevocabile acquisitum fuerit heredi vel legatario Monachi per professionem ipsius, quatenus praed. heres vel legatarius postea in vita sui testatoris decedat, nihilominus hereditas vel legatum huiusmodi per mortem Monachi deferatur ac pertineat ad heredes praefati heredis vel legatarij.

His tamen non obstantibus, sententia Bart. supra dicta & communis, tenenda ac obseruanda erit in praxi, tum propter ipsius auctoritatem, & quia neminem contradicentem inuenio: tum etiam, quia supra adducta contra eum facili negotio diluuntur, si consideremus, quod quamuis testamentum huiusmodi professione Monachi firmetur & irrevocabile fiat, hoc tamen verum est & procedere videtur, quoad firmitatem ipsius, ne ruocetur ante rumpatur mutatione status vel alio testamento: secus tamen, quoad alios effectus iuris, quos operatur in proposito quoad naturalis testatoris, non vero civilis: ac proinde haec non est ita fortis in proposito ac naturalis, nec operatur eundem effectum, iuxta communes traditiones. Praeterea, quod testamentum Monachi confirmetur & irrevocabile fiat per ipsius professionem, intelligitur, dum tamen heres vel legatarius superuivat & sic ipsi possit deferri hereditas vel legatum, alias secus, quia efficitur caducum. Insuper verum non videtur, quod in vita Monachi solum vltus fructus competat monasterio, dominium vero heredi vel legatario: vtrūque enim monasterio competit durante vita Monachi, vt sentit rectè Imol. in d. l. n. 15. ff. de testam. cum onere restituendi heredi vel legatario post mortem Monachi: Ergo si interim decedat heres vel legatarius, non est quod transmittat ad heredes, sed iure caducit penes monasterium bona praedicta pleno & perpetuo iure permanent, sicut in casu d. §. Cornelio Felicio, moriente fideicommissario in vita heredis grauat, euanelescit fideicommissum. Nec instantia successorum ab intestato, quopiam monasterium incapax est bonorum, quae ipsi non succedat, aliquid concludit: In illa etenim specie stante causa testati, non habet locum successio ab intestato: In nostra

54 stra vero monasterium non iure intestati occupat bona, sed iuris dispositione. Haec tamen cum ita se habeant recte procedat, vno tamen casu videntur locum non habere, nempe, quando hereditas vel legatum eius conditionis esset, vt in vita ipsius heredis vel legatarij Monachi verificari aut deferri non posset, sed post mortem eiusdem heredis siue legatarij: veluti si Monachus testator de hereditate vel legitima sibi debita, vel de parte ipsius in bonis parentis viuientis in fauorem eiusdem parentis, & tunc dicitur quasi debita sibi legitima, vt in l. 1. §. si impubere, ff. de collat. bonor. ibi, praemissa est enim haec species collationis, cum adhuc viuatis, cuius bonis quarta debetur: & ita per illum text. ex pluribus auctoribus comprobatur late Bec. conf. 34. num. 17. cum segg. lib. 1. & iterum conf. 74. n. 5. cum segg. eod. lib. 1. vbi num. 24 quod quamuis filius ius non habeat in bonis patris potum & de presenti, habet tamen ius conditionale, scilicet, si filius patri superuixerit & hereditas fuerit delata, quia spe & legis quadam ordinatione hereditas patris debet ad filios peruenire, & tale est votum parentum, l. scripto, ff. unde liberi, licet ratio, ff. de bon. damnat. licet talis executio viuo patre fieri non possit: & allegat Ripam dicentem quod quantum ad effectum disponendi, filius nullum ius habet in bonis patris, secus quantum ad effectum consequendi & admittendi spem successionalis deuoluende ab intestato. Vnde est, vt renuntiatio filij bonorum parentis in vita eiusdem, ac cum ipsius licentia facta, rectè intelligatur facta, si ipsi filio deferatur & non alius. Quo tamen si filia tempore renuntiationis hereditatis paterna, nihil pro dote acceperit, ipsius pactum, etiam iuratum, non excludit eius filios ab hereditate auique mortem post filiam obierit: Quippe renuntiatio praedicta intelligitur, si hereditas patri eius filiae deferretur, vt tenet Roman. in d. l. qui superstitus, cuius opinionem sequuntur & testantur esse communem Alexand. & Dec. in l. pactum dotali, num. 18. C. de collat. & plures referens D. Couar. in cap. quamuis pactum, 5. part. elect. §. 2. num. 6. versic. sed si filia, de pact. in 6. Quinimo, tunc est idem Roman. ubi supra, diuersum esse iudicet, quoties filia, dote congrua ei constituta, id pactum fecerit, & eius opinionem veriorum esse in hoc etiam existimant Dec. ubi supra, & consil. 181. num. 7. & Guilielm. Benedic. in cap. Raynuntius, de testam. verb. duas habens filias, num. 181. & Anton. Rub. consil. 42. num. 6. ad huc in hac eadem specie vetius & receptius est, nepotes iure proprio, quamuis ex persona matris admittendos esse: Renuntiatio enim praedicta matris eum sensum habuit, si ei non renuntianti foret delata hereditas patri, secundum Bald. in d. l. pactum dotali, quaest. 2. & ibi Alexand. & alij idem probant, & est magis communis & melioribus rationibus fulcita, secundum Marant. disp. 10. num. 13. & num. 8. refert auctores huius opinionis: sequitur etiam & testatur communem plures referens D. Couar. ubi supra, num. 4. & inquit Bald. consil. 437. quadam puella, in prin. lib. 1.

55 Si enim filius praedecederet, nihil haberet neque transmitteret ad alios heredes in bonis parentis: tunc in vita patris nullum ius habet in bonis ipsius, etiam pro legitima neque in spe conditionabile, nisi tantum post mortem patris, & tunc dicitur quasi debita sibi legitima, vt in l. 1. §. si impubere, ff. de collat. bonor. ibi, praemissa est enim haec species collationis, cum adhuc viuatis, cuius bonis quarta debetur: & ita per illum text. ex pluribus auctoribus comprobatur late Bec. conf. 34. num. 17. cum segg. lib. 1. & iterum conf. 74. n. 5. cum segg. eod. lib. 1. vbi num. 24 quod quamuis filius ius non habeat in bonis patris potum & de presenti, habet tamen ius conditionale, scilicet, si filius patri superuixerit & hereditas fuerit delata, quia spe & legis quadam ordinatione hereditas patris debet ad filios peruenire, & tale est votum parentum, l. scripto, ff. unde liberi, licet ratio, ff. de bon. damnat. licet talis executio viuo patre fieri non possit: & allegat Ripam dicentem quod quantum ad effectum disponendi, filius nullum ius habet in bonis patris, secus quantum ad effectum consequendi & admittendi spem successionalis deuoluende ab intestato. Vnde est, vt renuntiatio filij bonorum parentis in vita eiusdem, ac cum ipsius licentia facta, rectè intelligatur facta, si ipsi filio deferatur & non alius. Quo tamen si filia tempore renuntiationis hereditatis paterna, nihil pro dote acceperit, ipsius pactum, etiam iuratum, non excludit eius filios ab hereditate auique mortem post filiam obierit: Quippe renuntiatio praedicta intelligitur, si hereditas patri eius filiae deferretur, vt tenet Roman. in d. l. qui superstitus, cuius opinionem sequuntur & testantur esse communem Alexand. & Dec. in l. pactum dotali, num. 18. C. de collat. & plures referens D. Couar. in cap. quamuis pactum, 5. part. elect. §. 2. num. 6. versic. sed si filia, de pact. in 6. Quinimo, tunc est idem Roman. ubi supra, diuersum esse iudicet, quoties filia, dote congrua ei constituta, id pactum fecerit, & eius opinionem veriorum esse in hoc etiam existimant Dec. ubi supra, & consil. 181. num. 7. & Guilielm. Benedic. in cap. Raynuntius, de testam. verb. duas habens filias, num. 181. & Anton. Rub. consil. 42. num. 6. ad huc in hac eadem specie vetius & receptius est, nepotes iure proprio, quamuis ex persona matris admittendos esse: Renuntiatio enim praedicta matris eum sensum habuit, si ei non renuntianti foret delata hereditas patri, secundum Bald. in d. l. pactum dotali, quaest. 2. & ibi Alexand. & alij idem probant, & est magis communis & melioribus rationibus fulcita, secundum Marant. disp. 10. num. 13. & num. 8. refert auctores huius opinionis: sequitur etiam & testatur communem plures referens D. Couar. ubi supra, num. 4. & inquit Bald. consil. 437. quadam puella, in prin. lib. 1.

Consequitur igitur ex supra dictis (vt ad limitationem, de qua supra in versic. haec autem, reledam) eius mentis videri esse in ea specie testatorem, dum in fauorem eiusdem parentis testatus fuerit de re vel rebus hereditatis eiusdem sibi deferenda, moriente ipso parente in vita Monachi, adhuc effectum habere suam dispositionem & testamentum, cum alius, nisi hoc casu & modo fortiter effectum non possit, & sic iuxta doctrinam Imol. ubi supra, in 2. memb. cum conslet ex mente testatoris, hoc voluisse (imo & necessarium esse ita voluisse, ne reddat alia illud sua dispositio) seruanda erit eius voluntas, ac proinde ante mortem naturalem ipsius Monachi, cum mors civilis sufficiat & operetur hoc casu eundem effectum, quem operaretur naturalis, effectum habebit suum testamentum, tunc in hunc sane sensum, vt ipse parens ac idem heres vel legatarius, libere possit de rebus suis testari in fauorem tertij, vt si Monachus filius non superuiveret eidem: haec tamen subtilia ac noua sunt, & de raro contingentibus (nunc tamen pendet lis similis) & ideo fit deliberationi loci: Nihil enim nunc firmo in hoc cum securitate: sufficit praedicta insinualle: iudices marituri se considerata, quod iustius fuerit eligant. In aliis autem bonis aliunde acquisitis, si Monachus in fauorem parentis testetur, seruanda erit procul dubio sententia Bart. in praedicta communitè approbata, vt decedente herede vel legatario Monachi in vita ipsius, bona remaneant perpetuo ac pleno iure penes monasterium bonorum capax, Hoc siquidem casu cessat consideratio noua supra facta, & in eo proprie loquitur Bart. ubi supra.

Iam tamen nobis obuiam exit quaestio illa satis difficilis examinanda; videlicet, si iustus restituere hereditatem vel aliquid aliud post mortem, fiat Monachus ordinis mendicantium, qui nihil proprium habere possunt in communi aut in particulari, statim post professionem restituentur sit fideicommissum, an vero expectari debeat mors naturalis ipsius Monachi, ut interim bona illa permanere debeant apud venientes ab intestato ipsius Monachi, qui post Monachi decessum ea bona restituat fideicommissario?

Et primo videtur expectanda esse haec in specie mortem naturalem ipsius Monachi neque sufficere civilem, quae per professionem inducitur a DD. nomine potius magistrali, quam iuridico, quia tunc mors civilis aequipatur naturali, quando illa operatur eundem effectum, alias locus, vt in l. ex ea §. insulam, ff. de verb. oblig. est communis resolutio, vt supra probauimus: sed in proposito non idem operatur professio, quod mors naturalis, propter dilationem restitutionis, quae vlti esse poterit venientibus ab intestato Monachi, & poterit praeterea praecedere fideicommissarius, siquidem non erit locus fideicommissio, vt in l. 1. §. ubi autem, C. de caduc. tollent. & in l. 1. C. de his qui ante apert. tab. Ergo mors naturalis ipsius expectanda est ad restitutionem fideicommissi faciendam.

Secundo facit; Nam licet Monachus per professionem dicatur mortuus, vt in l. Deo nobis, cum similib. C. de Episc. & cler. non tamen dicitur mortuus sine liberis, cum monasterium habeatur loco filij, ita vt faciat deficere fideicommissum vel conditionem, si sine liberis decesserit, vt in auth. de sanctiss. Episc. §. sed & hoc presenti, & in d. cin praesentia, cum similib. de probat. Tertio pro hac parte facit, quia si aliud diceremus, videretur per id impediri vita contemplatiua, quia ne forte bona vadant ad fideicommissarium, abstinerebunt grauat ab ingressu religionis, & sic militat ratio d. §. sed & hoc presenti. Quarto, pro eadem parte facit d. l. Statim Florus, §. Cornelio Felicio, ff. de iur. ff. ubi probatur, fideicommissum relictum in diem mortis heredis, non cedere ante diem mortis naturalis, etiam si heredis bona ob delictum sint confiscata: & reddat tex. rationem, quia postea prius ipse fideicommissarius mori, idem in donatione facta a viro uxori, probat l. res uxoris, C. de donat. inter vir. & uxor. per qua iura hanc sententiam in nostris terminis tenet Bart. in d. audent, si qua mulier, num. 10. Abb. in cap. in praesentia, n. 8. & 59. & ibi Felin. n. 5. de probat. loquitur etiam plures allegans, inueniens

in metallum, quam deportato assimilatur, secundum Bart. in l. cum pater, §. hereditatem, num. 1. ff. de legat. 2. Ergo, &c. Quinto, quia in conditionibus implendis mors civilis nunquam aequiparatur morti naturali, ut late dicitur D. Emanuel Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum, in 2. part. circa princ. ff. de liber. & post. hinc quia conditiones debent adimpleri in specifica forma, l. qui heredi, in princ. & l. Menius, ff. de condit. & demonstrat. Sexto, ex text. in l. ex factis, §. si quis rogatus, el. 2. in fin. 61 ff. ad Trebellian. ubi per se iuramentum pœnæ (quam plerique contrariæ partis auctores huic casui comparant) fideicommissi dies non intelligitur cedere, quamvis verisimile videri potuit, filio herede in metallum damnato, fideicommissum nepotibus statim esse representandum, arguunt. l. si ita liberis, in fin. ff. quando dies legati cedit, & l. mulier, ff. ad Trebellian. ut late probat cum Alexand. Costa ubi supra, num. 8. cum seq. & Menchac. de success. creat. §. 2. in m. 174. & in terminis nostræ quæstionis hanc partem probant Salycet. in l. 1. num. 6. versic. in prædicta, C. de hered. instit. & voluit Raphael Camon. & tenuit Ioan. de Imola in d. l. cura pater, §. hereditatem, num. 1. ff. de legat. 2. Alexand. in d. §. si quis rogatus, in 5. & 6. & ibi Vincentius de Herculano. col. 2. qui constantius hanc opinionem tueri, & Socin. late in repetit. l. cum annis, num. 104. ff. de condit. & demonstrat. Felin. in d. cap. in presentia, n. 36. de probationib. Ioan. Croc. in d. §. quid si tantum, num. 13. & veriorum esse in puncto iuris opinatur Ripa in d. l. ex factis, §. si quis rogatus, num. 12. eamque amplecti videtur D. Costa in d. §. quid si tantum, in 2. part. num. 12. & expressè probat appellans eam communem opinionem modernorum, Menchaca ubi supra, d. §. 12. num. 171. & idem Costa plures allegans in cap. si pater, 1. part. verb. si absque liberis, n. 61. de testam. in 6. & plerique ex supradictis concludant, quod in hoc casu quo Monachus superuixerit fideicommissario, euanescent fideicommissum.

62 His tamen non obstantibus, contraria sententia verior & receptor est, ac tenenda in iudicando & consulendo, nempe, ut in prædicta specie fideicommissum statim post professionem Monachi religionis bonotum incapax huiusmodi, restituendum sit fideicommissario, non expectata morte naturali Monachi, cum civilis præfata eundem reuera effectum operetur, quoad acquisitionem non stendam monasterio, quem naturalis operaretur; Nullo siquidem tempore monasterium huiusmodi succedere potest in prædictis bonis: ad quid igitur mors naturalis expectanda est? huiusmodi enim Monachi siue religiosi dicuntur mortui mundo quoad acquisitionem & dispositionem bonorum, cap. placuit, 16. quæst. 1. & cap. nullus, 2. quæst. 7. Monasterium etiam eorum est incapax & inhabile ad succedendum, vt habetur in clement. exiit qui seminar, §. porro, & in clement. exiit de paradiso, §. rapientes, de verb. signific. Secundo, per text. in d. l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, quem adduximus secundum aliam considerationem pro contraria parte, nunc vero in aliis verbis pro hac nostra & tenenda cum citamus, dum dicit, quod grauatus potuit interim acquirere: Ergo à contrario sensu, cum isti religiosi, neque in communi, nec in particulari sint capaces, non est necessarium, expectare mortem naturalem grauati in nostra specie. Nec obstat, quod text. ille non tantum ea ratione mouetur, sed etiam alia, nempe, quod potuit fideicommissarius interim cedere, ac proinde licet illa cesserit, adhuc tamen sustinetur dispositio, vt in §. affirmatis, cum similib. Instit. de nupr. quia hæc in proposito non venit in consideratione, vt infra dicemus in responsione ad fundamenta contrariæ partis. Tertio, quæ pars comprobatur ex communi doctrina, quam supra resoluiimus atque tenuimus in principio huius capituli, quæ habet; Vt testamentum

Monachi monasterij incapax bonorum statim per professionem confirmetur, ac debitum suum effectum sortitur, non expectata eius morte naturali: Ergo, &c. Et ita merito hanc secundam sententiam tenent Paulus de Leaz in sua dispensat. que incipit substitutus, Bart. in 3. & Bald. in d. l. cum pater, §. hereditatem, l. ff. de legat. 2. idem Bart. in trati. Minorie in 4. part. in versic. isti etiam heredes instituit, & Angel. in d. l. ex factis, per text. in d. §. si quis rogatus, el. 2. eiusdem legis, versic. sed si seruus pœnæ, in multa gloss. & in l. interdict. ff. de condit. & demonstrationib. Ioan. de Imola & Paulus de Castro in lectur. Bononiens. in d. §. si quis rogatus, el. 2. communis secundum Alexand. consil. 13. circa primum, num. 2. cum seq. lib. 3. & secundum Ripam ubi supra, num. 12. ubi plures allegat: sequitur & dicit communem & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo, Socin. consil. 92. num. 1. & 2. col. 1. ubi & non seq. eam defendit ac respondet fundamentis contrariæ partis: & hæc sententia est receptor, secundum Costam ubi supra, eamque defendit eleganter ex præiurata defuncti voluntate Fortun. Garfia in d. §. quid si tantum, col. 22. & sequuntur communiter DD. in d. cap. in presentia, vt testatur D. Couar. eam amplexus communemque esse proficiens in d. cap. 2. num. 6. de testam. est communis secundum Roland. à Valle consil. 47. num. 41. volum. 2. ubi enim sequitur alios allegans & nouissimè eam testatur communiter approbatam plures allegans idem Costa in cap. si pater, 1. part. verb. si absque liberis, num. 61. de testam. in 6. sequitur etiam, loquens in luceffore maioratus D. Spino in suo specul. testam. gloss. 12. princ. num. 3. & 37.

Ex tamen qua communi opinione inferret, quod si is 63 Monachus superuixerit fideicommissario, adhuc non euanescent fideicommissum, quia eius dies per professionem Monachi cessat, vt tenent frequentius auctores modo relati, esseque communem profertur Menchac. ubi supra, quamuis ipse contra eam tenet, existimans filio, quod fortè hodie iam desit esse communis, quam modo profitemur receptorem sententiam.

Inferret tamen, secus esse in omnibus supradictis 64 in monasterio capace bonorum in communi vel in particulari; Hoc etenim casu monasterium, durante vita Monachi, habebit bona fideicommissi: quod si Monachus fideicommissario superuixerit, permancebunt perpetuo penes monasterium: verum si fideicommissarius superuixerit Monacho, eidem fideicommissario restituentur, vt tenet Bart. in d. §. hereditatem, n. 3. & Felin. in d. cap. in presentia, n. 55. estque communis omnium vtriusque partis auctorum atque receptissima opinio secundum Mench. ubi supra, qui eam sequitur & D. Cost. in d. c. si pater, verb. si absque liberis, n. 62. & Maior. in l. 3. tit. 4. glof. 3. n. 3. lib. 5. Noua Collect. Reg. fol. 111.

Reliquum est, vt satisficiamus per ordinem fundamentis supra iactis pro priori parte. Et quidem primo responsum est in primo secunde receptoris & tenendæ sententiæ: Nec obstat, quod expectatio mortis naturalis Monachi, vbi esse poterit venientibus ab intestato ipsos, quoniam id, stante causa testati, non est habendum in consideratione; Quia tamen quidam est locus 65 testamenti, successio ab intestato cessat, vt in l. quando dicitur, in fin. ff. de acq. hered. Bart. & DD. in l. neque is, §. heres institutus, ff. eod.

Nec tamen curatur in hac materia, quod potest in 66 terim cedere fideicommissarius: quod probatur, quia si rogatus de restituenda hereditate, damnentur in metallum, statim fit locus fideicommissi, vt in l. ex factis, §. ex factis, ff. ad Trebellian. per quem text. ita tenet Angel. Raphael & communiter Doctores in d. §. si quis rogatus, vt testatur Socin. d. consil. 92. n. 2. Menchac. d. §. 23. num. 173. ubi post Costam ubi supra, num. 7. refert alios eiusdem

eiusdem opinionis auctores: & tamen si hoc casu expectaretur mors naturalis, postea defecere fideicommissum, per præcedentiam fideicommissarii: Ergo hoc non est in consideratione. Cum igitur hoc sit statutum in damnato in metallum, à fortiori idem erit dicendum in professo ordinis mendicantium, qui verius dicitur mortuus, vt probat Socin. ubi supra, num. 2. versic. sed pro solutione.

67 Nec contra modo dictam communem sententiam Angeli & sequacium obstat inductio text. in d. §. si quis rogatus, el. 2. versic. in facta per D. Cost. ubi supra, n. 11. ad probandum, quod fideicommissum post mortem heredis alicui datum, non debeat, nisi post mortem heredis, et si maxime seruus pœnæ effectus fuisset. Nam in primis text. ille solum agit de electione filij, cui restitutio fideicommissi facienda est, an amittatur per deportationem, vel damnationem in metallum: & in primo casu, nempe deportationis, probat text. ille, non amitti: In secundo vero eam non esse dandam seruo pœnæ constituto: non vero agit, an statim per constitutionem seruitus pœnæ, morte naturali minime expectata, sit restitutum fideicommissum, necne. Præterea, text. ille in versic. in. incip. sed si seruus, expressè loquitur, quando grauatus restituere fideicommissum, nullo ante concepto filio, fuit constitutus seruus pœnæ: arguit tamen Costa à contrario sensu; Quod si conceptis ante filius, seruus pœnæ fuisset effectus, non statim sine liberis videtur defecisse, & sicus cum suo onere bona vendicaret: Hoc autem text. non asserit: & quamvis verum sit, hunc non videri statim sine liberis defecisse, quandoquidem filios haberet ante constitutionem pœnæ, vt colligitur ibi ex mente Iurificonsulti à contrario sensu: non tamen ibi probatur aut innuitur, quod sicus statim bona vendicabit. Denique admittendam illam electionem, de qua in illo text. in seruo pœnæ nihil interet, quod filij ante prædictam pœnam sunt nati, vel non, vtroque enim casu seruus pœnæ amittit eam, cum pro mortuo habeatur, vt rectè ibi existimauit gloss. verb. nullo, ubi, & quæ communiter tenetur secundum Claudium ibi, in fin. vt refert Costa d. num. 11. in fin. tametsi eam expositionem Accursij absurdum esse dicat, & plerisque non probatam, sed nihilominus vera est, cum gloss. illa non dicat, seruum pœnæ, qui ante liberis suscepit, cedere sine liberis (hoc enim falsum esset, & quod voluit & potuit Costa iure improbare) sed amittere prædictam electionem, siue ante constitutionem prædictam pœnæ liberis suscepit, siue non. Nec gloss. opinioni & communi obstat verba text. ibid. Nullo ante concepto filio, quæ conditionem importate videtur: Ergo ipsis ante conceptis, cessat dispositio illius textus: Nam fateatur, filij ante natis, posse hunc seruum pœnæ parere conditioni, & cum liberis videri defecisse: Non tamen inde sequitur, electionem illam non esse amissam, quamuis liberi ante nati fuissent, vtroque enim casu seruus pœnæ effectus electionem illam iure amittit, cum habeatur pro mortuo: & hoc est, quod dixit gloss. prædicta & quidem rectè, potuit enim in habitu eligere, quia habebat filios ante constitutionem seruitus pœnæ, & sic parere conditioni, licet in actu eam electionem exercere non valeat propter constitutionem pœnæ, quæ habetur pro mortuo, & sic amittit vltimæ huius electionis, habuit enim ius eligendi & sic parandi conditioni, quamuis eius vsu sit priuatus.

Non obest secundum fundamentum contrariæ partis de text. in authent. de sanct. Episcop. §. sed & hoc presentis, & text. in cap. in presentia, de probationib. ubi probatur, quod monasterium habebit loco filij, & facit defecere fideicommissum, relictum in conditione, si

sine liberis defecerit, quia hæc iura procedunt, quando tale monasterium fuisset capax bonorum in communi: sed quando quis ingreditur monasterium, quod in communi non est capax bonorum, vt in nostra specie, tunc communis est opinio, quod admittatur substitutus, quia, vt prædiximus, text. in d. §. sed & hoc presentis, loquitur in monasterio capace bonorum, ad quod transeunt bona, sicque resultat fauor monasterij, vt probat ille text. dum dicit; Monasterio competere voluit, quæ ratio cessat in prædicta nostra specie: ita Socin. ubi supra, num. 2.

Ad tamen tertium respondeo, non impediri ex hoc vitam 68 contemplatiuam, cum huiusmodi Monachus intrare possit aliam religionem quam incapacem, vt bene probat Socin. ubi supra, num. 4. Alio modo & rectè respondimus lib. 1. canonic. quæst. cap. 32. num. 57. Ad quartum respondeo, quod deportatus non habetur pro mortuo, quandoquidem non amittit libertatem, sicut Monachus professus, ac proinde per deportationem non cedit dies fideicommissi: præmaxime, quod in d. §. Cornelio Felici, mater grauata restituere, non fuit deportata, sed condemnata ex delicto, ex quo bona sua fuerunt publicata, vt patet ex text. iuncta gloss. verbo, condemnata. Ad quintum respondeo, id procedere, cum mors civilis non operatur eundem effectum, quem naturalis, alias sicus, vt in proposito contingit, iuxta communem opinionem cuius non semel supra meminimus.

Sextum etiam & vltimum non obest quoniam text. in d. §. si quis rogatus, el. 2. non id probat, sed potius facit in contrarium, & sic pro nostra receptori sententia, quam tuetur, dum ibi fit differentia inter deportatum & condemnatum in metallum, & sic seruum pœnæ, vt ille liber factus eligere possit, cui liberorum restitutionem facere debeat hereditatis (sunt enim grauatus, vt cui vellet liberorum, hereditatem restituere) hic vero nullo ante concepto filio, seruus pœnæ factus parere conditioni præfate non possit, defecisseque sine liberis videtur, & cum decedit, electionem illam, quam Papius deponato dedit, huic dari non oportet: & ita Angel. ex illo text. potius desumpsit argumentum pro hac secunda sententia, (vt prædiximus.) Quinimo, vt supra vidimus, secundum communem opinionem, rogato restituere hereditatem damnato in metallum, statim cedit dies fideicommissi: quo fit vt præfatum sextum fundamentum Costæ, præterquam quod in illo text. non probatur, iure non substituit, nec huic secunde parti, quam defendimus aliquid obest.

Hodie tamen nemo bene natus à principio ex sup- 69 plicio fit seruus, & sic non perdit libertatem neque matrimonium dissoluitur, vt in authent. de nuptiis, §. quod autem, collat. 4. & in authent. sed bodie, C. de denar. inter vir. & vxor. Serui tamen pœnæ dicebantur in metallum damnati & in opus metalli, & si quid eis in testamentum datum fuerat, pro non scripto erat, quasi non Cæsaris seruo datum, sed pœnæ, vt in l. quidam, ff. de pœnis, & olim iure communi testari non poterant, eius tamen bona certo modo diuidebantur inter filios, vt in l. cum ratio, §. si plures, ff. de bon. damnat. l. 5. tit. 3. part. 7. aub. bona damnatorum, C. de bon. dam. Sed lege forti, §. tit. de las mandas, lib. 3. fori, de parte bonorum, quæ non confiscabatur, poterant testari, vt late hæc declarat Telus Fernand. in l. 4. Tauri, num. 14. cum seqq. Hodie tamen ex l. 4. Tauri, quæ est l. 3. tit. 4. lib. 5. Noua Collect. Reg. El condenado por delito a muerte civil o natural, puede hazer testamento o codicillo, o otra qualquiera ultima voluntad, o dar poder a otro que lo haga por el como si no fuese condenado, lo qual y sus commissarios pueden disponer de sus bienes, saluo de los que por el tal delito fueren confiscados, se quieren de confiscar, o aplicar a la Camara de su Magestad, o a otra persona alguna. Cum igitur con-